D^r Porret 1863

ex interne des hopitaux de Paris

Maintenon —

Bérenger de Carpi

Anatomie

Fractures du Crâne

Ange de Bologne

traité des Ulcères

V. Collection de Conrad Gessner
pour Ange

[du]bius

Ns[?] ex[?] frigida que reducitur ad actu no intelligitur q reducatur ad actu frigiditatis qualis est frigiditas in re q est actu frigida secundum ei reducitur ad actu frigiditatis per que actu est potens agere in corpus nostru

[du]bius

An vlnere nervi est timor de euentu aptis nu solu propter dolore & flusu humoru imo eciam propter retencionem humiditatis in nervo quare oleu ro[sarum] nocet ratione doloris noceret ratione humiditatis retente in nervo

[du]bius

Vsq[ue] aut in 3m diem solui no indiget ligamentu propt[er] comotione que est in humoribus & hebulitionem inde usque quietetur ebulitio & comotio que est in humoribus dx permiti ligatura usque in terciu diem & in isto tempore medio debemus continue infondere cu oleo ro[sarum] ligementa ut sedetur ebulitio facta in humoribus & proibeatur euent[us] aptis calidi & etiam ne pan[n]i positi supra vlnus exiccetur quoniam esset causa doloris & inquietatis infirmi

..

Avic. Primus

Nam in utroque periculo accidit apostema uno propinquitate ipsorum ad invicem est rare quod contingat in uno quando etiam accidat alteri

Primus

Et plus est quod apostema accidit ex fluxu sanguinis ad locum quam ex fluxu alterius humoris propterea quia sanguis est maxime aptus fluere tum ceterorum propter abondantiam ipsius maiore tum ceterorum propter mobilitatem ipsius

Avic.

Quod si apostema calidum perseverat et non est aliquid quod prohibeat humorem medicamine solutivo soluere semel fiat illud nam Hypo. precepit illud idest que facta est cum farmacia solutiva

Primus

Evacuatio que competit in processu aptum est evacuatio que ex loco humorem ipsorum fluxum eradicat illa aut evacuatio idest flebotomia que competit in principio est evacuatio que magis humorem derivat ad partem contrariam ut moveatur et non figatur in membro suo loco

Gal. in 9° de reg. acutorum

Primus saltem tuetur. possumus flebotomiam facere quam farmacia

in passionibus acutis exibere in usu n. farmacie est timor
propterea quia nos non possumus cum volumus constringere evacuatione
sicut in flobotomia possumus enim non sic in potestate mensuratio
sicut in flebotomia evacuationis eius sicut est mensura
flebotomie

Nigredo que pervenit usque ad oculum potest contingere duplici de-
causa aut enim primo contingit in porniculo et pervenit
usque ad oculum propter mortificationem et destructionem caloris
naturalis et tunc est signum mortis et quia ipsa coniungitur alia
accidentia pessima et mortalia aut contingit aliquando non
propter hoc sed propter expulsionem sanguinis atracti ex
percussione et casu versus partem exteriorem sicut videmus etiam
in aliis fracturis ossium quia in principio circa cutem non apparet
aliqua nigredine et liuiditate post modum illa apparet
propterea quia sanguis attractus expellitur a natura ad
superficiem cutis et resolvitur quia simili modo aliquando
nigredo in hoc vulnere contingere potest que pertingit usque
ad oculum et quando quidem ipsa sic evenit nosibilius est

c uaxio est illius infirmi

Stante fractura Cranij virtus digestiua st^ci & aliorum membrorum debilitatur unde nutrimentum non bene generatur & ideo multe superfluitates generantur & similiter inteligas de potu ubi multum de vino ibi multum de fece

pulvere de sene

℞ sene monde ℥ iiij°
Tartari albi ℥ j.s.
Cinnamomi ℥ j
Gariofolorum
diagredi ana ℥ ij

misce

Berengarius, Carpus (Jacobus).

1523

ISAGOGAE Breues / ꝑlucidę
ac uberrimę / in Anatomiā hu/
mani corporis a cōmuni Me/
dicorū Academia usitatā / a
Carpo in Almo Bononiē/
si Gymnasio Ordinariā
Chirurgię Docēte / ad
suorū Scholasticorū
ꝑces in lucem
datę.



¶ Nicolaus Bargilesius Bonoñ.

Iactauit quondam claro se Felsina alumno /
Italię summum Felsina docta decus:
Gręcia culta suos cui non componere honores
Audeat: aut celebres promere Roma uiros:
Inclyta Mundini quum primum scripta diserti
Assidua uidit uoluere quemq; manu.
Nunc uero quo nam merito te carmine dicam?
Iam tolles nitidum sydera ad alta caput.
Nam cura / et magni effecit facundia Carpi /
Laudibus ut surgas conspicienda nouis.
Dum quicquid studium fugit: mentemq; fefellit
Mundini: (nam quis omnia nosse queat?)
Legit: et in numerum melius: cultumq; redegit:
Plurimaq; ingenti teruit: & auxit ope.
Vt quondam latio fueras quę prima sub orbe:
Vna fores eadem gloria: & orbis honos.

Idem.

In Carpo seri discent tua scripta nepotes /
Hęc Mũdine etenim charta loquetur anus.

¶ Niger Cremonensis de Casale maiori
ad Lectorem.

Qui cupit exertos humani corporis artus /
Sectaq; membra suis quęq; uidere locis:
Ille legat docti perfecta uolumina Carpi:
Nec sibi Mundinum iudicet esse satis.
Ditior hic illo est. & quod Mundinus omittit
Quodq; docet pariter plenius iste refert.
Singula de nostro soluisse Promethea credes
Corpore: quę tenui finxerat ante luto.

Illustriss. ac Clarissimo Dño. D. Alberto Pio, Carporũ Comiti, et Dño meritiss. Iacobus Berẽgarius Carpensis. S. P. D.

CVM Diuturna, et pene ęterna Illustriss. Princeps ea censeri soleãt, quibus a primis annis assuescere solemus, mihi persuasum est, nullam obliuionem delere potuisse q̃plurima honestissima studia, quę tecum in mansuetiorũ musarũ rudimentis sub fœlici memoria Aldi Manutii Ro. pręceptoris nostri conferebam. Et illud in primis nequaq̃ de alta, ac diuina mente tua excidisse existimarim: quod per iocum experiri placuit (nam ętas illa ioco plurimũ gaudet) placuit autem ut porci Anatomia a nobis fieret: mihiq; sectionis munus demandatũ est, utpote: qui sub genitore meo in Chirurgica arte ab infantia pene exercitatus forem. Tanta (testor Deos ĩmortales) ex illo tempore Anatomię dulcedo, mẽtem, animũq; meum tenuit: ut omnem ętatem iis Medicinę elementis nõ minori bonorũ professorũ utilitate, q̃ priuata uoluptate cõtriuerim: libros huiusce disciplinę q̃plurimos: sed indigestos lectitando: quos eorum authores ad alia trãsferentes uolumina fabulas potius, q̃ Anatomiã scribere uidebantur: quo factum est, ut pauci, uel nulli hac nostra tempestate tam necessarię, ac pręciosissimę artis finem nouerint. Accedebat insuper ad eius ignorationem (sic mea fert opinio) fœda, ac multis stomacosa membrorũ sectio, creberrimaq; illorũ attrectatio: Et cũ ego q̃plurima centena cadauerum secuerim; q̃ pauci ętatis nostrę Medici hanc artem nouerint: intellexi. Quare pręsenti, ac futuro sęculo prodesse cupiens: non minus pium, q̃ saluberrimũ fore putaui: cõmentaria quędam, et digressiones super Anatomia Mundini componere: quę antiquorũ philosohorũ: pariter et Medicorũ sapiẽter scripta de humani corporis admirabili mole demõstrant: illaq; copiose traddita a q̃plurrimis medicinę studiosissimis uiris rogatus in lucem dedi. Cum autem actu, et oculata fide Academici Anatomiã cognoscere cupiant: Ars in illis cõmẽtariis difusior est: q̃ ut breuiter cognosci possit. Et ppea ad cõmunẽ omniũ bonorũ utilitatẽ pręsens perlucidũ Enchiridion

omni alio sibi pari uberius de ipsa Anatamia composui: In quo omnia in cõmuni sectione designata apparent: eiusq; beneficio omnis longę inquisitiõis labor aberit: Hocq; Alberte clarissime: ac sapiẽtissime princeps nũcupatim tibi dedicaui eorũ aductus exemplo: qui labores suos alicui deorũ cõsecrarunt: ut sub illorũ numine securius in manus hominũ peruenirent: idq; instantius egi: q tu unus inter reip. Christianę primores / nõ solũ bonorũ fortunę: Sed cuius uis Mineruę sis facile princeps. Naturalis. n. ac moralis Philosophia: & quę Deũ cõtemplatur: Theologia: & omnes deniq; scientię sunt tibi tanta amicitia / ac affinitate con/iunctę: ut sapientis nomen apud omnes merito tibi uẽdicaueris. Et cum semper benignus fueris: sisq; Carporũ patrię meę / meiq; meritissimus Princeps / fortunas meas / ingeniũ / cogitationem / mentem deniq; omnem / benignitati tuę debere non eram inscius / & eo maxime: q in ędibus tuis omniũ bonarũ disciplinarũ nido huiusce preciosissimę artis principia tuo sub fœlici auspitio sumpserim. Suscipe igitur gloriosissime Princeps lęto animo: ac serena frõte hoc de Anatomia Enchiridion a fido / ac sincero mancipio tibi dicatũ: quãdo nõ minus Regium sit munera quãtulacũq; fuerint / hilari fronte suscipere: q̃ preciosissima elargiri. Oblationes siquidẽ lacteas a cretensi pastore Ioui datas gratissimas fuisse constat: nec eorum munera aspernãtur / qui cũ Thus nõ habeant / mola salsa litant: tantũ. n. ex labore meo ętatis no/strę medici tibi debebunt / quantum & uoluptatis: & utilitatis ex hoc libello suscipient / quo cum in hac materia alius breuior: & lucidior nõ fuerit: Celsitudini tuę ad decantãdas laudes semper obnoxii mecum dicent: deus tua uota secundet. Vale.

¶ ISAGOGAE Iacobi Carpi i Anatomiā humani corporis.

Illumina me dñe spiritu ueritatis & manifestabo opera manuum tuarum.

h OC Opus duas habet partes. Prima uniuersalis: Secūda particularia tractat: Prima notat secūdū aliquos hoc nomen Anatomia deriuari ab Ana. grece/qđ latine significat: per. Sursū/Re/Aequale/Rectū/et tomos: quod diuisio/seu sectio dicitur: quasi recta per partes/uel circa partes diuisio. Prima pars operis.

¶ Sed uerius interptando/Ana incōpositione/pter alia/significat per singulas partes iuestigationē quādā/unde incōpositiōe huius uerbi temno/quod est incido/significat in singulas partes seco/inuestigandi causa/quę/et quot sint: & quāq̄ ratio uideatur dici de omnibus/quę partes habent/usus tamen obtinuit/ut de animalibus/et maxime de hominibus dicatur. Quid sit anatomia & vnde dicatur.

¶ Est igitur Anatomia/seu Anatome diuisio omnium corporis aīalis partiū/inuestigādi causa: earū substantiā: quātitatē/numerū/figurā/sitū/et colligantiā/& hęc in mortuis/quibus pōt addi cōplexio innata. Et ideo dicebat Gal. in libro de ꝯstitutiōe artis medicatiuę: puto necessariū esse nobis/cū hāc cōstituimus artē: nō solū cognoscere particulas & illaꝝ cōpositionē: sed etiā opationes eaꝝ: & in hoc differūt medici ab ędificatoribus. Illi.n.domorū particulas solas et cōpositionē sciunt: nulla tamen earum operat̄ eo quia nō est animal: a medicis aūt mēbroꝝ hominis: in quātū est animal: opationes sunt querendę: et quia uere in uiuo homine et nō mortuo opationes/cōplexiones innate ac influentes/et passiones sunt. Ideo hęc tria in eis ultra p̄dicta inuestigantur. Sūt igitur in reali anatomia oīa p̄dicta nouem cōsideranda.

¶ Sed quia a toto tanq̄ a notiori est incipiendum. Primo situato aliquo cadauere supino in loco īcisioni ac ostensioni apto. Prius loto et a pilis raso: et a sordibus optime mūdato/a capite usq; ad pedes. Sciendū est corpus diuidi in quatuor partes. s. in tres uentres notabiles/et ī extrema. s. manus et pedes cū aliis quibusdā. Diuisio corporis.

¶ Prima ps ē testa/caput dicta/eo qa ibi sensus initiū capiūt: in quo mēbra aīalia ꝯtinēt. hęc ps cōiter supmus uēter appellat̄. Prima pars.

Secũda ps. ¶ Secunda pars est concauitas intra costas & ossa eis annexa/in qua principaliter spiritalia/seu uitalia/& aliqua alia mẽbra sunt. Et hęc pectus/et etiam cassus:& uenter medius dicitur.

Tertia pars. ¶ Tertia pars est concauitas: quę est intra abdomen & partem dorsi infra septumtrãsuersum alias diafragma descẽdendo ante usq̧ ad pectinẽ:& retro usq̧ ad anum/inqua mẽbra nutritiua/& etiã generatiua ꝑ parte cõtinẽtur:& hęc uẽter iferior nũcupaẗ.

Quarta pars ¶ Quarta pars est totũ corporis residuũ: uti collum/manus/& pedes/ac illis seruientia. Hęc pro prima parte.

¶ De Anatomia uentris inferioris.

Secũda pars operis. Isa parte uniuersali ad particularẽ deuenio. iqua opator incipere debet sectionẽ a uentre iferiori:inquo sunt multa mẽbra prius anatomizanda & abiiciẽda: ne corporis reliquũ sua putredine & prauo odore (si postponãtur) ipediãt.

¶ Dicamus igitur istum uentrem iuxta prędictas nouem conditiones considerari debere: Et primo circa substantiã:quę est diuersa tam secundum partes continentes q̃ contentas. Substãtia partium cõtentatum loco suo apparebit: Cõtinentiũ substantia in parte anteriori et laterali pãnicularis et musculosa est:ut constrictioni et dilatationi apta sit propter impregnationem et cibaria et alia iis similia. est etiam uenosa ac Arteriosa.

¶ In istis partibus est etiam in corpore pingui notabilis pinguedo:In demacrato uero est pauca: et interdum nulla:et pinguedo nõ est proprie membrum:sed est aduenlens et recedens tãq̃ superfluitas/utilis tamen.

Piguedo nõ est mẽbrũ.

¶ Posterior uero substantia huius uẽtris est carnosa / musculosa: ossosa:ac etiam parũ mẽbranosa:pariter uenosa & Arteriosa.

¶ Quãtitas eius et figura patent:situs et locus suus est sub uentre uitaliũ mẽbrorũ septotrãsuerso mediãte: Incipiẽdo a furcula pectoris inferiori et a confinibus septitransuersi ab utroq̧ latere quinq̧ costarũ inferiorũ trãsit usq̧ ad partem/in qua corpus bipartitur a magnis pedibus/quibus alligatur. Sua etiã colligantia est cũ cerebro mediãtibus neruis:& cum corde mediatibus Arteriis:et cum uentre medio per musculos aliquos. De colligãtia ipsius cum hepate et mẽbris generationis omnibus notũ est.

¶ Numero est unus uenter:Numerus tamen partium eius est diuersus:quia aliquę partes sunt contẽte/aliquę cõtinẽtes. Cõten/

tę sunt Iecur cum sua parua cysti cõtinẽte bilem:et Lien:et Ventriculus a multis stomachus dictus:licet male:et sex intestina cũ uenis per ea dispersis:et Renes cũ suis emulgentibus:et Vesica cum poris uritidibus/qui dicũtur emũctoria renũ/et Mensenteron cum suis glãdulis:et Vena portę:et Vena chilis cum Arteria Aorta descẽdentes:& Venę ac Arterię Vmbilicales:& Vasa seminaria cum Didimis et Testibus:et Matrix in fęmina:et licet Didimi et Testes cum suo scroto seu oscheo sint exteriores:ponuntur tamen in isto uentre quia alligantur ei imediate. Mẽbra cõtẽta in uẽtre inferiori.

¶ Partium uero continentiũ:Alię sunt cõmunes:alię proprię: & alię magis proprię/cõmunes sunt omnes illę partes/quę istum uentrem circũdant.s.anteriores:laterales:et posteriores:anteriores et laterales latine dicũtur Sumen/antiqtus uero Abdomen: gręce Epigastrion et ab aliqbus Hetron: et arabice Mirach/posteriores dicuntur Imum dorsi. Partes continentes. Sumen. Abdomen. Epigastrion. Hetron. Mirach.

¶ Partes uero proprie: alię sunt ante/alię a lateribus/alię posterius/quę sunt ante a recẽtioribus medicis cõiter ponũtur qnq;.

¶ Prima a superiori incipiens/quę est in medio corporis circa furculam inferiorem pectoris:dicitur gladialis & scutalis chartilago: & etiam pomum granatum/hęc tamen pars est cõmunis uentri medio et inferiori paruum occupans locum. Gladialis. Scutalis cartilago pomũ granatum.

¶ Secunda sub ista imediate est pars dicta stomachalis:quia stomachus.i.uentriculus est in ista regione cum sua parte anteriori: & hęc pars se extendit fere usq; ad Vmbilicum. Stomachalis.

¶ Tertia est pars umbilicalis dicta:et est ea pars/in qua est Vmbilicus clausus in medio abdominis/iam frustratus in nato a suo principali opere. Umbilicalis.

¶ Quarta pars est dicta a Mundino sumen: quia est pars eminentior ipsius suminis/& ibi sumitur pars pro toto:hęc regio est ab Vmbilico usq; ad pectinem. Sumen.

¶ Quinta est pars pecten dicta/intra quã est os pubis seu pectinis.In ista regione intra uentrem incipit collũ Vesicę in utroq; sexu:& matricis in fœmina. Pecten os pubis.

¶ Partes laterales proprie ab utroq; latere ęqualiter diuisę Cõmuniter a medicis sunt positę duę.s.supior & iferior:supior dicit̃ hypocũdriũ/iferior dicit̃ iliũ uel flancus:ilia ẽt dicunt̃ lagona & cenona:In hypocũdrio dextro ẽ Iecur siue hepar:Lien uero ẽ in Hypocũdriũ Ilium. Flancus. Lagona. Cenona.

sinistro.iliorꝫ pars supior incipit a supremo ossium ancharũ & finitur uersus inferius in extremo huius uentris/ipsorꝫ insima pars dicitur inguen et bubo.hypocũdria uero incipiunt ab extremis costarũ mẽdosarꝫ/et inferius terminãtur ad ilia:inter ilia et hypocũdria apparet certa cauitas/quãdo homo ad anteriora flectit: quę ab aliquibus uocatur colago/et ab aliquibus itrum.

Inguẽ bubo.

Colago itrũ.

¶ Partes posteriores proprie dictę/alię sunt in medio alię a lateribus/quę sunt ĩ medio dicũtur spina iferior et filũ iferius dorsi.

Spina iferior. Filũ dorsi.

¶ Laterales alię superiores et alię inferiores/superiores dicuntur regiones lumbares et renales: inferiores dicuntur partes supra clunes seu nates.

Lumbaris regio Renalis Clunes nates.

¶ Partes uero magis proprie nominatę/alię etiam sunt anteriores/alię laterales/et alię posteriores. Anteriores et laterales coincidunt/& sunt cutis primo occurrens/sub qua est pinguedo et octo musculi/quorũ quatuor sunt obliqui/et duo longi et duo lati/oẽs dilatati et uniti ad instar pãniculi: qui potest uocari imo ab Aui.uocatur pãniculus carnosus: nec ibi est alter pãniculus carnosus:ut putant moderni.

Pãniculus carnosus.

¶ Sub musculis est membrana subtilis et dura.gręce peritoneon alias peritonion dicta:& arabice Siphac.hęc omnia componunt abdomen/siue mirach.

Peritoneon. Siphac.

¶ Posteriores uero partes etiam magis proprie dictę/sunt cutis: interdũ aliqua pinguedo/Caro musculosa ab utroqꝫ latere sphõdilorꝫ.s.ante et retro lũbaris ab aliquibus uocata:& caro nõ musculosa simplex replẽs huius partis loca uacua:& sphondili renũ siue alkatim/et tria ossa ossis sacri/siue tres sphõdili arabice alhouius dicti:et tres sphondili alhosos siue caudę/et suę chartilagines/cũ suis pãniculis/et neruis/uenis et arteriis:et pãniculo peritonio:istarum partium anatomia dicetur loco suo: Nũc autẽ ad anatomiã abdominis me conuerto: & primo de cute.

Caro lũbaris.

Alkatim. Tria ossa ossis sacri. Alhouius. Alhosos os Caude.

¶ De cute Ventris inferioris et de Vmbilico.

Umbilicus. Radix hois.

Considerabis primo locũ umbilici qui dicitur radix hominis:qui habet extra corpus uersus matricem duas uenas et sepissime unam:et duas arterias putamine cuticulari obductas: qui in nouiter natis ligatur et secatur prope abdomen et per se cõsolidatur et clauditur:eius pars media sic consolidata Acrophalũ dicitur: et quia corugata est dicitur Vetula: et

Acrophalum Uetula.

grece Grea: pdictis cōsideratis seca cutem secundum crucem in longū et latū in toto abdomine: et excoria ipsam seruādo umbilicū illesum: quē sepissime uidebis ingredi uentrē cū una uena notabili et duabus arteriis: que in natis sunt frustrate a pprio ope. Grea. Locus umbilici.

Vena est ascēdens penetrans incōcauo hepatis i uena porte.

Arterie descendunt per partē interiorem abdominis fere usq ad pectinē: et trāseūt ad dorsum a lateribus uesice/et implātātur una a dextris alia a sinistris in arteriā aortam circa os sacrū infra Renes bifurcatā. iste arterie aorte uocātur sempiterne. Arterie sempiterne.

Ex istis uasis meat sanguis et spiritus ad Iecur et ad Cor īfantis in utero matris/istū umbilicū melius uidebis post anatomiam abdominis/quem cū diligentia seruabis cutē considerando: que duplex est: prima est exterior: que est mēbrorū grossa superfluitas: ideo renascitur: secunda est interior neruea nō renascēs/sub qua uel in qua circa latera in quolibet sexu sunt due uene: una a dextris alia a sinistris cū difficultate ī nato uisibiles: sed ī foetibus triū mēsiū uel circa optime apparēt: que ascēdunt usq ad mamillas: quas cōserua pro anatomia mamillarum maxime ī femina. Vene ad mamillas tēdētes

In tota tn̄ cute corporis sunt ptenues uene in fibras disperse: et adeo tenues et anguste/ut per eas penetrare sanguis nō possit aliud ue q̄ exilis humor/q sudor et sanguinis serositas appellat. Fibre. Sudor. Sāguinis serositas.

De pinguedine.

P Ost cutim est semp aliqua pinguedo maxime ī corpore nō resoluto ab egritudine/maior in uno q̄ in alio/quam remoue/ut melius uideantur mēbra sub ea cōtenta. Pinguedo.

De Musculis uentris inferioris.

P Ost pinguedinē sunt uidendi octo musculi abdominis: quorum primo occurrūt quatuor obliqui nominati/Eorū duo locātur a dextris/et duo a sinistris: qui cum suis cordis tegunt a summo ad Imum totum istum uentrem anterius et superequitant omnes alios: In quolibet enim latere uentris et ante in medio abdominis unus ipsorum est descendens: et unus ascēdens/descendentes sunt supra ascendentes: quos optime uidebis duce docta manu. Octo musculi Abdominis.

Primo seperabis caute descendentes ab ascendentibus/et reperies in quolibet latere uētris eos inuicem incruciari/una Crux est a dextris/alia a sinistris/eorū pars carnea se se inuicem incru/

ciat sicut neruea/seu cordosa etiam se inuicem incruciat.sui uilli tendunt semper oblique a lateribus uersus medium uentris/ita ꝙ cordę istoꝝ musculorũ dextri lateris tẽdunt ad sinistram partem eiusdem lateris dextri:et cõtrario modo tendunt cordę musculorum sinistri lateris.s.in quolibet latere suę proprię cordę se se inuicem incruciant.

¶ Et musculi obliqui incipiunt facere cordã cum obuiant musculis longis/et cordę musculorũ dextri lateris & etiã sinistri/terminantur ubi musculi longi sunt cõtigui:qui locus est in medio uentris per lineam rectam/a pomo granato usqꝫ ad pectinem.

¶ Descendentes trahunt ortum a pectore/ascendẽtes uero a regione suprema et anteriori ossiũ ancharũ/ipsorũ cordę sunt bitunicales:latę ualde/de difficili seperabiles/ortę a pãniculis tegẽtibus eos:et auillis nerueis per eos dispersis.

¶ Duę tunicę cordarũ musculorũ descendentiũ in quolibet latere & una tunica cordarũ musculorũ ascendẽtium/supra tegũt musculum longum sui lateris:a summo ad imũ:Vna etiam tunica musculorũ obliquorũ tegit seu inuoluit musculũ longum sui lateris uersus inferius.s.uersus cordam musculi lati:quia musculi longi carent proprio pãniculo eos tegente ut sensus demõstrat:et prędictos musculos obliquos optime uidere potes in tribus imediate sequentibus figuris:Omnes tamen eorum cordas in secãdo diligenter uide:quas non moueas integre/nisi supra musculos longos existentes:quę autem sunt sub musculis longis seruande sunt usqꝫ quo Anatomizasti eos.



¶ In hāc fi/
gura hēs du/
os musculos
obliquos ascē
dētes/ vnū a
dextris alium
a sinistris: qui
sūt supra oēs
musculos: Eo
rum pars car
nea apparet a
lateribus ⁊ i
medio vētris.
Supra mu/
sculos lōgos
sunt corū cor
dae .s. vna a
dextris: alia a
sinistris: pelli/
culares ⁊ la/
tae: q̄ terminā
tur in linea: q̄
est i medio vē
tris: vt vides:
⁊ cordae istae
sunt duarum
pelliculaȝ .s.
secundū sub:
⁊ supra.

¶ In hac fi/
gura hēs du/
os musculos
obliquos ascē
dētes: q se icru
ciāt cū duob⁹
descēdētib⁹ in
alia figura po
sitis: qui qdē de
scendētes sunt
supra istos a/
scēdētes: & to
tus vnus ex p
dictis muscu/
lis descēdenti
bus supra po/
siti i alia figu/
ra cum corda
sua supequitat
obliq muscu/
lū vnū ex istis
ascēdētib⁹ ob/
liq: & faciūt si
mul figurā .x.
litterē graece: &
istoꝝ musculo
rū ēt pars car
nea ē a lateri/
b⁹: Corde vo
eoꝝ sunt i me
dio ventris: q
sunt ēt duarū
pelliculārū: &
hñt vnā pelli
culā tm̄ supe/
qtantē muscu
los lōgos: a/
lia vero pelli/
cula ē ifra mu
sculos lōgos:
q adheret cor/
dis latitudina
liū musculoꝝ:
& istae cordae
ēt terminant i
linea: q ē ime/
dio vētris: vt
vides.





¶ In hac fi-gura vides qualiter eleuatis musculis lon-gis sub eis est vna pellicula: quae est de cor-da musculorum obliquorum: que habet villos obliquos: et est vna sub quolibet musculo lógo: vt vides in hac figura: et musculi longi sunt illi qui pendent inter coxas: vt ap-pareát eleuati a loco suo na-turali et pos-sint videri cor-dae praedictorú musculorú obliquorum ascendentiú.

❡De Musculis longis.

m Vsculi longi seu recti sunt duo/in medio abdominis sub et supra cordas antedictas locati/a furcula inferiori pe/ctoris tendentes cum suis uillis per longum uentris usq; ad os pectinis:et ideo dicũtur longi:isti sunt sibi contigui: occu/pates partem anteriorem uentris per latum/in quantitate latitu dinis in totum octo digitorum uel circa. Isti musculi non habent proprium pãniculum sicut alii:habent tamen cordas breues ter minatas in pectine:et nõ habent alias cordas. Sua substantia car nea est:et diuisa in latum magis uersus cutem/q̃ uersus siphac p duo intermedia neruea seu ligamentalia: quorũ unum est supra regionem umbilicalem:aliud infra:taliter quod quilibet muscu/lus uidetur diuisus in tres partes carneas notabiliter distinctas: ut potes uidere in figura sequente. & ista intermedia supra dicta a natura sunt ordinata/quia quãto uilli musculorũ sunt breuio/res/tanto facilius et melius seruiunt uoluntariis motibus.

Nota.



¶ In hac fi/
gura vides
duos muſcu/
los longos de
nudatoſ a coꝛ
dis muſculoꝝ
obliquoꝝ/qui
muſculi longi
ſunt ſupꝛa coꝛ
das muſculo/
rū latitudina/
lium / & quili/
bet muſculus
habet duas di
uiſiones ner/
ueas ſeu liga/
mentales in ſe
per latum ten
dentes.ſ. vnaꝫ
ſupꝛa vmbili/
cum: & aliam
īfra/vt vides:
& ita quilibet
muſculus lon/
gus videt̃ di/
uiſus in tres
partes ſeu in
tres muſculoſ:
& hoc fecit na
tura:q꞉ quāto
villi muſculo/
rū ſunt bꝛeuio
res:tanto me/
lius & facilius
cōtrahuntur.

¶ De Musculis latis.

[V]isis predictis: musculos tam obliquos q̄ rectos abiicias: ut melius uideas latos: qui sunt sub longis cum suis cordis mediante una ex tunicis cordarū musculorū obliquorum ascendentium/quam uide cum diligentia postq̄ remoti sunt musculi longi: que tunica est subtilis ualde: alligata notabiliter cordis musculorū latitudinaliū/qui musculi lati habēt suam partem carneam sub parte carnea obliquorū: et isti dicūtur lati quia positio suorū uillorū est per latum uētris/et isti sunt magis supra regionem umbilicalem q̄ infra: quia a superioribus ad inferiora est sua principalis operatio: que est expulsiuā intestinorum iuuare/eorū pars carnea est dorsum uersus: Terminātur in cordas in illa ragione ubi est situs longitudinaliū: et dexter obuiat sinistro mediāte sua corda/ipsorū pars carnea est sub carne obliquorū: et corde sue sunt imediate sub cordis obliquorū ascendētiū predictorū/iste corde sunt etiam multū late/et etiā bitunicales/dure/inuicem cōpacte/pāniculo peritōnio seu siphac alligate/et sue corde incruciāt se cū musculis lōgis ad angulos rectos.

¶ Ex predictis apparuit situs musculorū uentris inferioris. Sua substantia/sua quātitas/sua figura: est cōspicabilis: Numero sunt octo: quatuor obliqui: duo longi/duo lati/colligantia est ostēsa. Firmissime.n.inuicem sunt cōcatenati: & taliter sunt uniti ꝙ iudicantur unus pāniculus qui dicitur carnosus: Complexio eorū in uiuo patet ex sua substantia.

Pāniculus carnosus.

¶ Iuuamenta eorū sunt calefacere intestina/et manutenere unita omnia mēbra nutritiōis: et iuuare retentiuā: expulsiuā tamen principaliter: iuuant et interdum membra anhelitus: maxime in flamine cum ictu: et in uiolenta expiratione: passiones omnium modorum possunt pati.

Flāmen cum ictu.
Uiolenta expiratio.

¶ Predictos musculos uidebis in prima figura subsequente/et in secunda figura uidebis situm/locum et etiam figuram octo musculorum abdominis: seu epigastri: alias mirach: qui tamen melius hos musculos et multa alia perscrutari intendit/ad nostra super Mundino cōmentaria Recursum habeat/de quorum labore post mortem me Amabit inuidia.



¶Habes in
hac figura
duos muscu
los latos/su/
pꝛa quos erāt
musculi longi
⁊ obliqui/ qui
nūc sunt eleua
ti ab eis/ vt vi
des/ ⁊ istoꝛuʒ
musculoꝝ lati
tudinaliuʒ pe
carnea est a la
teribus / pars
vero coꝛū ner
uea .s. coꝛdae
coꝛū sunt ī me
dio ventris/ ⁊
sūt ex duabus
pelliculis com
positae.s. secū
dum sub ⁊ su
pꝛa/ ⁊ sunt al/
ligatae cū pā/
niculo siphac:
⁊ isti musculi
sunt magis in
superiōi parte
huius ventris
q̄ʒ in inferioꝛi:
vt uideo/ vt
melius expel/
lant inferius
quod in inte/
stinis est.

¶ In hac figura sunt tres species musculorum. s. obliqui longi ⁊ lati: ⁊ habes in dextra parte duos musculos / qui non sunt tegentes totam partem dextram / sicut faciunt naturaliter / ⁊ vt mõstratuȝ est in prima ⁊ secunda figura: ⁊ sic in hoc loco facti sunt: vt melius videatur eorum incruciatio: in sinistra vero parte habes vnum musculum longum: ⁊ vnum latũ: cuius lati tantum apparet pars carnea: corda ꝟo ipsius musculi lati est sub musculo longo praedicto.



¶ De Peritoneo seu Siphac.

u Isis predictis eleua cũ cautela cordas musculorũ latorũ ab una mẽbrana sibi ãnexa uersus itestina: quę est subtilis et dura: Peritoneon et Siphac noĩata: ista ambit totã uacuitatẽ uentris inferioris circũquaq;: Rotũda est/ nõ perfecte tamen. Sua substãtia est Neruea dura: sua figura dicta est. Peritoneon Siphac.

¶ Ab isto pãniculo oriuũtur duę bursę uel sacci didimi uocati: in quibus sunt duo testes. intra scortũ locati: quę sunt partes ipsius scorti: sua quãtitas est quanta est uacuitas uentris inferioris: situs patet/ numero est unus pãniculus solus: colligantia sua est cum musculis latis et cum omnibus membris cõtentis in isto uentre: et omnia membra huius uentris habent pãniculum proprium ea inuoluentem: ortum ab isto peritoneo.

¶ Colligatur etiã secũdũ Auic. cũ pleura/ colligaẽ etiã septotrã suerso et testibus: sua cõplexio est illa: quę est aliorũ pãniculorũ.

¶ Iuuamẽta sua sunt ligare dorso mẽbra nutritionis & generationis: & calefacere itestina: & ea seruare a Ruptura: & ea habet manutenere ab exitu extra uentrẽ: Iuuat ẽt simul cũ septotrãsuerso expulsionẽ cõtentorũ in uentriculo: & in intestinis: & in matrice.

¶ Passiones omniũ modorũ patitur/ sua propria passio est Crepatura & Mollificatio. Curã omniũ uide alibi: quia in dẽmõstratione anatomie nõ cõuenit ponere curã asclitis: neq; curã uulnerũ abdominis/ nec intestinorũ/ nec modũ castrãdi/ nec extrahẽdi lapidẽ/ sicut fecit Mũdinus/ nec etiã alterius egritudinis. Nos tñ dicemus aliqd de flebotomia uenarũ Guidez: & forte aliqua alia singularia. Medicis necessaria de qb⁹ raro scribũt authores. Crepatura Mollificatio.

¶ De Omento siue Zirbo.

p Redicta mẽbra abiicienda sunt: ut melius uideatur residuũ mẽbrorũ: & primo occurrit Zirbus seu Omẽtum: Rete a uulgaribus dictũ/ qd ẽ mẽbrũ cõpositũ duabus pelliculis nerueis subtilissimis: cũ multa pinguedine sibi annexa. Zirbus. Omentũ. Rete.

¶ Habet hoc mẽbrum plures uenas pulsantes & quietas/ manifestiores tamen in macro corpore q̃ in pingui: Sui pãniculi seu pãniculus sunt discontinui per totum: nisi circa circũferentiam eius/ habet formã marsupii seu sacci. Est enim inter ipsas pelliculas maxima concauitas.

¶ Sua substantia est dicta: Colligantia est cũ Siphac/ cũ Colon &

eum Splene. Suus situs est ante uersus: supra intestina extensus a uētriculo usq; ad inguina. Sua magnitudo est cōspicabilis: Numero est unum mēbrū solum. Sua figura est tacta: Sua cōplexio est cōplexio partiū eum cōponentiū: Sua iuuamēta sunt iuuare digestiuam et remollire feces. Passiōes omniū modorum potest pati: Causat ramicem in scroto: In umbilico et in inguinibus: et alibi in sumine: si rumpatur uel mollificetur peritonion.

De Intestinis.

Cā reuolutionis itestinorū.

Leua Zirbū et uidebis intestina quę sunt cōtinua, a uētriculo ad Anum: uoluta et reuoluta: ut lōgo tempore retineant cibū gratia boni finis, et numero sunt sex.

Rectū intestinum.

P° ab iferiori ascēdēdo: ē Rectū: lōgitudine palmi uel circa.

Colon.

Secūdo est Colon: quod ascendit per partem sinistram usq; ad regionem Renis et lienis, deinde transit a sinistro in dextrum: super equitādo stomachum: & in dextro unitur intestino saccoę circa supremā partem ossis Anchę locato.

Saccus. Caecus.

Hoc intestinū saccus et Cęcus dictus, est tertiū in ordine numerandum: Et ista tria dicūtur grossę substantię. Carnosa enim sunt: et possunt consolidari si soluantur.

Ileon. Ieiunum. Duodenū. Lactes.

Quarto est intestinū longum: Ileon et Reuolutum seu inuolutum dictum: quia reuoluitur unde quaq; per uentrem. Quinto est Ieiunū: Sexto Duodenū: Et ista tria sunt subtilia: ab aliquibus lactes dicta: quorū solutio non consolidatur, si est notabilis: Subtilia sunt superiora per colligantiam, et Grossa sunt inferiora, omnia habent duas tunicas et pāniculum cōmunem ortum a peritonio, supertegentem et alligantem ipsa dorso.

Interiori eorū parti Pituita alias Phlegma adhęret: ut resistat corrosioni & lubricet feces, in eis secūdū aliquos sunt uilli omniū modorū: plures tamen lati: Sua complexio est frigida et sicca: et Gracilia sunt frigidiora Grossis: quia substantia sua est Neruea: in Grossis est aliqua caro: Sua figura apparet: Suus situs particularis apparuit et apparebit ex dicendis: Iuuamenta sunt nota: Passiones omnium modorum patiuntur.

Meseraice lactes. Sāguificatio incipit in meseraicis.

Ad particularem anatomiā intestinorū uidendā. Primo uide cū diligētia: Sitū eorū: et anteq̄ ea separes a mesenterio, cōsidera eorū Venas meseraice et lactes ab aliquibus dicte: q̄ portāt chilū ad portā uenā, in quarū ramis minimis incipit sanguificatio duce

Iecinore. Nota etiã Situm Venę Portę: quę est extra concauum Iecinoris tendens uersus intestina: & uersus stomachum: Omentum & Lienem cum octo ramis/ quos omnes uide cum diligentia/ si potes anteq̃ intestina abiiciantur. *Uena portae* *Octo rami vene portae.*

¶ De intestino Recto.

Rectum Longanon.

Stis expeditis. primo uidẽdũ est Rectum seu lõganon:
l quod est fece mundandũ: ipsam manibus exprimẽdo in
Colon: & suum extremũ uersus Colon est in duobus locis ligandum: & inter ligaturas secandum. Sua enim positio est ab Ano ad superiora per Ventrem ascẽdes circa palmũ/ paucas habẽs Venas meseraicas/ quia suum cõtentũ parũ nutrit/ terminatur circa Ilium sinistrum: ubi incipit Colon: Recto unitum.

¶ De Colo intestino.

Colon.

Otabis Colon esse situm in sinistro: & circa Renem si/
n nistrum ascendit/ & ibi est strictus: ut cedat locũ Spleni
quem cooperit & cui alligatur/ tendit ab hinc ad dextrũ latus & superequitat Ventriculũ & ei alligatur: hinc fit syncopis secessus tempore: hinc suus dolor crescit sumpto cibo/ sed dolor Renalis crescit in secũda digestione/ alligatur Omento: a quo & etiã a uẽtriculo humectatur/ tegitur penula Iecinoris/ in qua est Cystis bilis/ ideo subnigrũ est & amarũ/ est cameratũ seu cellulatũ/ pituita abundat. Cucurbitini et etiã alii uermes in isto generantur: In ipso etiã stercus acquirit figurã inequalem/ in isto fit rugitus parũ ante ascelandi horã: Taliter est situatũ/ ut a superiori ad inferius melius graue descẽdat: & ut cooperiat ieiunũ & duodenum ipsa ab extrinsecis tuendo: & ut sue feces remoliantur ab Omento ipsi continuato/ & ut etiã a cysti felis ad ipsum resudet fel/ seu bilis/ suarũ fecũ expulsionem stimulans. Ex suo situ habetur situs clisterizãdi: & locus applicatiõis medicaminũ in colica: Sua quãtitas est cõspicabilis: Sub substãtia est carnea parum: & neruea ac pinguis & Solida: ut resistat duris & acutis. Notabiles etiã habet Venas Meseraicas/ per quas meat chilus & sanguis. *Cucurbitini generãtur in colo itestino.*

¶ Sua propria passio est dolor uentosus: in hoc generantur lapides & coria a pituita exiccata: istis ulsis potes excarnare Colon a Mesentereo/ cui alligatur/ & dimitte Rectum in loco suo usq; ad Anatomiam Ani: quę non potest perfecte uideri: nisi quãdo facies anatomiam uirgę & uesicę.

De Sacco Intestino.

Saccus. Cecus. Monoculus.

h Vic intestino circa os anchę infra Renē in latere dextro locatur intestinū unū Cęcus: Saccus & Monoculus di/ctus/quia pendet ut Saccus / & unicū habet orificium: per quod trahit & expellit feces/in diuersis tamen horis trahit ab Ileo & expellit ad Colon/in isto fit maior digestio q̄ in alio intestino: Est enim alter uentriculus/primo attrahit/deinde dige/rit/postea ad Colon expellit.

Sua quantitas est circa palmum per longum/latum est ut Co lon/& etiam plus/non est Mensetereo alligatum: sed pendet in uentre. In isto generantur Vermes/Serpentes dicti.

Hoc tñ intestinū sępe reperitur frustratū in natura: quia nihil operatur de p̄dictis/& tūc reperitur etiā alligatū Colo intestino & ileo/& est tanq̄ additamētum quoddam: & sua figura apparet compacta stricta: intus tamen est uacua/& est minor digito mini mo manus per latū/& est longitudinis triū unciarū uel circa.

De ileo intestino.

Ileon. Longum Reuolutum. Inuolutum.

h Vic intestino Sacco ascendendo imediate alligatur pri/mum de gracilibus dictum ileon/& longum/& reuolu tum seu inuolutum/cuius substantia est gracilis / sua fi/gura oblonga est & rotunda/quātitate est longior q̄ omnia alia intestina simul/in isto ītestino sunt plures meseraicę q̄ in aliquo alio propter suam longitudinē: Situs suus est magis circa ilia/est tamen alibi per uentrem: Alligatur Mesenterio: a quo debet ex carnari/ut alia intestina superiora bene uideas: Sua propria pas/sio est illiaca dispositio/& passio dicta miserere mei: in qua sterco/ra transeunt ad os: ut uomitu patientis comprehenditur.

De ieiuno intestino.

Ieiunum. hira. hilla Sterile. va/cuum.

h Vic ileo continuatur Secundū de gracilibus: Ieiunum: hira: & hilla: & sterile dictū: siue uacuū: & est uacuū quia est propinquū iecinori: a quo euacuatur attrahendo ab eo chilū et expellendo in eo contenta / mediāte bili a Cysti circa Duodenū i ipso ingrediēte/plures Meseraicas habet aliquo alio intestino sibi pari in longitudine: ut cito succurrant iecinori: Est tamen magis uacuū in sua superiori parte iuxta Duodenū: & nō est totaliter rectum/sed incipit reuolui ubi alligatur ileo: et ideo pro parte est rectū & pro parte inuolutū / color eius est citrinus:

quia iecinori uicinus: est similis ileo i substãtia et figura: Sua quã/titas est cõspicabilis: non magna tamen: & suus situs est circa regionem Hepatis et parum infra: in medio tamen uentris.

¶ Istis uisis potes excarnare etiam hoc intestinũ sicut alia a Mesentereo/ut melius uideas duodenũ: quod cognosces in sua longitudine a stomacho infra esse in quantitate quãtum sunt duodecim digiti per latum a stomacho uersus inferius.

¶ De Intestino Duodeno.

Ultimo loco est uidẽdum supremũ de gracilibus dictum Duodenum et Dodedactilon: cuius quantitas per longum apparuit supra: et sua latitudo est minor omni alio intestino: et est tanta quanta est porta inferior uentriculi dicta grece Pyleron/latine Ianitor. Duodenum. Dodedactilõ. Pyleron. Janitor.

¶ Sua substantia est gracilis: Non est reuolutũ/sed rectum alligatum uentriculo uersus suum superius: et alligatur Mesentereo: circa Ieiunũ/alligatur etiã Cysti bilis: per canale quod portat bilem ad intestina mũdificãda/a pituita principaliter/et a fecibus.

¶ Iste canalis ingreditur diagonaliter in isto intestino iter tunicã et tunicã: ne reascendat bilis et forte Chilus ad Cystim. Ingressus diagonalis cystis in duodeno.

¶ Istud canale cũ cautela considera/et conserua pro Anatomia pdicte Cystis/sua iuuamẽta/sunt suscipere a uentriculo digesta: et trãsmittere ea ad alia intestina: patitur omne genus morbi.

¶ De Mesentereo.

His uisis incide Duodenũ infra porũ ad ipsum ueniẽtem a Cysti bilis: primo ligando eũ/ne in uẽtriculo cõtenta exeãt/et alia intestina eiicias/si ea prius ex carnasti caute/ut pdictũ est a Mesentereo seu Eucaro: quod ab aliqbus etiã dicitur lactes. Hoc mẽbrũ est inter ipsa intestina locatũ: in eorũ centro ea ligans dorso/et cõpositũ est pro parte ex pelliculis duplicatis: & ex Pinguedine et Glãdulis: i quo sunt Vene multe ab Hepate mediãte Vena porte ueniẽtes: q cõiter uocãtur Meseraice/ et a Gal. dicũtur manus Hepatis/qa rapiũt ab itestinis materiã sanguinis et illã dãt hepati. Et iste Vene sũt ex aliqb⁹ Ramis Vene porte: q sunt extra hepar: i isto mẽbro sunt ẽt aliq Arterie. Mesentereũ. Eucarus. Lactes. Meseraice. Manus hepatis.

Prima pars Mesenterij. ¶ Hoc mẽbrũ est bipartitũ: Prima pars est in superiore parte ad ieiunũ et Duodenũ alligata/q est ualde glãdosa/et hec pars habet suas pelliculas simplices/et per istam partem trãseunt Vene Mesentereũ duplex.

Dolce morso. Brisaro. Buca sapo/rita.

portę ad Ventriculum/ad Splenē/& ad Omentum/hęc pars in porco est saporosi gustus/& uulgariter uocatur Dolce morso & etiam Brisaro/& Buca saporita/in istis magnis glandulis conti/netur interdum materia causans ęgritudinem:quę uocatur melā colia mirachia.

Secūda pars Mesenterij.

¶ Alia pars huius mēbri est alligata aliis intestinis. Cuius pelli/culę sunt duplicatę:quia magna alligant mēbra dorso:et hęc se/cunda pars ab omnibus habetur pro uero Mesentereo/ista duo membra nutriūtur a uenis portę.

¶ Sua quantitas et figura apparent/prima est minor secūda/sua complexio est frigida : Colligantur dorso mediante Siphac.

¶ Iuuamēta eorū sunt ligare intestina dorso:et substētare Venas meseraicas et alias Venas portę/et humectare feces intestinorū.

¶ Numero sunt duo mēbra etiam apud uulgares. possunt pati omne genus morbi:istud mēbrū seu mēbra debēt dimitti in suo loco usq; quo uisa sit Anatomia Venarum portę.

¶ De Ventriculo/qui cōmoniter dicitur Stomachus.

Ventriculus. Stomacus.

e Xpedito mesentereo per duodenū supra relictū infla Ventriculū quātum potes:propter eius magnitudinem ultimam uidendam/deinde reducas ipsum ad inflatio/nem mediocrem:ut melius uideantur in eo requisita.

¶ Et primo notabis eius locū : qui est in medio totius remotis ex tremis:et est īmediate sub septotrāsuerso/a dextris habet Hepar: a sinistris Splenē/infra se intestinū Colum et alia intestina/ante Omētum et Abdomen/posterius Dorsum et cōtēta in eo/suus situs est obliquus sub diaphragmate dorso alligatus/pars eius su perior est ī sinistro:ut cedat hepati in dextro et ī alto locato:& ut ad os eius facilius uadat melācolia a splene pars eius inferior est in dextro:ut cedat colo : qui ē in sinistro magnū occupans locū: est tū sua pars inferior ī dextro uersus portanariū minor q̄ in sini stro uersus Colon:qa ī dextro Iecur occupat maiorē locū q̄ Co/lon in sinistro locatū:pars etiā eius īferior est ī dextro aliqualiter ne orificia sint directa:& ut cibus retineatur melius : et ut colera a Cysti facilius intret Duodenū cōtinuū parti ipsius inferiori.

Maura cu/curbitula.

¶ Sua substantia est neruea a prędominio/suus color patet : sua figura est rotunda arcualis ad modum maurę cucurbitulę : sua quantitas patet.

¶ Colligantur cordi per Arterias/hepati et Spleni per uenas/cerebro per neruos descendẽtes/alligatur Ano p inteſtina/et Ori mediante gula/alligatur Zirbo ante uerſus/habet duas tunicas ueras/intrinſecã magis nerueã propter appetitũ: et magis groſſam: rugoſam & durã: qa obuiat cibariis duris/q̃ durior eſt in parte ſupiore & etiã magis ſenſibilis/habet extrinſecã ſubtiliorẽ declinãtẽ ad naturã paucę carnis/itrinſeca aliquomõ nutrit̃ ſeu uoluptuat̃ a chilo/extrinſeca nutrit̃ a Vena portę/itrinſeca habet uerſus interius uillos lõgos attractioni ſeruiẽtes/uerſus exterius habet obliquos retinẽtes/extrinſeca hẽt Villos latos expellẽtes.

¶ Suũ fundum ſeruit digeſtiuę mediante exteriori tunica: et mediante calore mẽbrorũ circũſtantiũ. Eſt tamen ei uirtus propria occulta digerendi: ſicut Matrici generãdi: et hepati ſanguificãdi: ſuũ ſupius ſeruit appetitui adiuuante melãcholia a Splene ad os eius emulgente: et propter hoc Reperitur ſepe nigrum.

¶ Habet etiã Ventriculus tunicã cõmunẽ inuoluentẽ ipſum & alligantem dorſo/ortã a peritoneo/groſſiorẽ quocũq; alio membro in uentre inferiori cõtento: excepto Meſentereo ĩ quo eſt duplicata/et eſt talis in Ventriculo propter extenſionem cibariorũ.

¶ Corpus eius eſt alligatũ dorſo cum orificio ſuo ſuperiore .ſ. inter .xii. & .xiii. Sphondylũ dorſi: quod orificiũ proprie dicitur Stomachus: et ibi ponũtur medicinę pro conſortatione appetitus: & hoc orificium eſt in extremo inferiori Gulę ſeu Meri: quę perforãdo diaphragma aſcendendo cõtinuatur Oris extremo/maxime ſua interna tunica: et hoc orificiũ clauditur a diaphragmate ne corporis inclinatione cibus facile redundet: Alligatur etiã dorſo cũ ſua pte iferiori .ſ. cũ pyluro alias pyloron/ſeu portanario/in loco ubi Duodenũ a Meſenterio alligatur dorſo/reliquum uero ipſius eſt ſolutũ et mouetur de facili undequaq;: Et portanariũ eſt altius fundo cõtinente cibaria: ne cibus deſcendat indigeſtus.

Proprie ſtomacus.

Pylurus. Pyloron. Portanariũ.

¶ Numero eſt unum mẽbrum: ſua complexio ex parte componentium eſt frigida et ſicca.

¶ Sua iuuamenta ſunt appetere/Retinere: et cõcoquere cibũ: et dare partem groſſam inteſtinis/benignã autem et digeſtam aliis membris: mediante Hepate.

¶ Paſſiones omnium modorũ patitur: et propter eius magnum ſenſum ei compatitur cor et cerebrum.

❡ De Splene.

Elicto Ventriculo in suo loco pro uenis portę uidendis

Splen. Lien. r Splenis seu Lienis anatomie est uacãdũ: et primo uide/bis ipsum in hypochondrio sinistro situm: hęrentem se/cundum suum paruũ cõcauũ Ventriculo: et secũdũ gibbũ cõti/guũ costis dorsum uersus et uersus latera: tectum peritoneo.

❡ Eleuabis tamen cadauer: ac si sederet: ut melius uideas eius si/tum/ qui est isra diaphragma/ ĩmediate ĩ hypochõdrio: maxime in uiuo: in mortuo uero iacente/ uidetur esse sub costis: quia sua grauitas impellit diaphragma de facili ad superiora: quia pulmo est uacuus et Rarus/ de facili cedẽs: potes etiã aliquas costas mẽ/dosas eleuare: ut melius uideas Splenis sitũ: sic etiã facies in ana tomia hepatis: propter prędictã causam: Cõueniret etiã aliqua/liter hic modus in demõstrãdo stomachi sitũ: qui etiam iacendo cadauere propter inanitionẽ pulmonis/ uidetur esse cũ aliquali sua supiori pte sub ossibus pectoris magisq̃ naturaliter sit ĩ uiuo.

❡ Figura sua ẽ quadrata aliqualiter lunata/ Rarę substãtię: colli/gatur cordi per magnas arterias (quas uidere debes) subtiliãtes sanguinẽ grossum/ qui subtiliatus Splenẽ nutrit: hepati ligatur p ramũ portę. Cerebro p neruos: Mesẽtereo & Omẽto p Venas: & Siphac per pãniculũ tegentem/ stomacho per plures Venas: aliquę quarũ nutriũt sinistrum uentriculi: & una emulget ad os eiusdẽ melãcholiã: quãtitas sua est nota/ sua cõplexio ponit̃ cali da & humida: & propter contentũ ponit̃ opposita. Numero est unum mẽbrũ/ iuuat totum corpus expurgando massam sangui nariam a fece: & ideo Risum prouocat/ interdũ sanguificat/ inci tat appetitum/ iuuat digestionẽ Stomachi/ omne genus morbi patitur: & in eo est aliquãdo peculiare cursus & fortis motus im/pedimentum: & traditur eo exempto per uulnus aĩalia interdũ uiere: & sunt qui putãt sui magnitudine risum adimi: & intredũ mutauit locum cum Iecinore: sed prodigiose.

❡ De Hepate siue Iecinore.

Iecur. hepar. u Isis prędictis cadauer ut supra patuit est eleuandum: ut hepar monstret suũ situm/ qui est immdiate infra dia/phragma in hipochrõdrio dextro/ in homine magnum: quia est animal calidũ & humidũ/ lunaris est figure: euis cõcauũ est uersus uentriculũ/ gibbũ uero est cõtiguũ costis uersus dia/

phragma/superius tamen:& uersus latera et dorsum uersus.

¶ Sua substantia est caro ipsius et Rete ex uenis contextum in ipo dispersis:sua caro est sanguis coagulatus/habet quinq; lobos seu penulas/interdum quatuor et tres/interdum duas.

¶ In concauo / est una Vena dicta porta : quę ipsum ingreditur cum quinq; Ramis ad minima per totum uersus gibbum disper sis : ut chilus in eis ad minima diuisus / melius transmutetur in sanguinem. Vena porta.

¶ In ɔcauo etiā ē cystis parua mūdās sanguinē a bili/siue a cole ra uel fele anteq̄ trāseat ad gibbū. In cōcauo etiā/in Vena portę īgreditur Vena umbilicalis adnutriendū fetum in utero matris. Cystis parua Vena vmbili calis.

¶ In gibbo est una Vena chilis dicta / etiam cū quinq; ramis ad minima per totū corpus eius dipersis/Minimi rami chilis coasto mantur seu uniuntur cū Ramis portę/et ab eis sugunt sangui/nem depuratum a colera et a Melācholia:mixtum tamen aquo sitati:qui in gibbo ulteriorem acquirit decoctionem. Vena chilis.

¶ Hepar euētatur in parte eius gibba a septotrāsuerso et a uena chili per ipsum ascēdente ad Cor:per quā alligatur ei/habet etiā Arterias paruas in cōcauo eius:per quas euētatur:hę Arterię ue niunt ab Aorta ibi propinqua cū difficultate uisibiles/alligatur Metaphreno per pāniculum suum suspēdentem : & Abdomini per Venam Vmbilicalem/Cerebro per neruum/Mediante ta/men pāniculo orto a peritoneo a quo circūuoluitur : Alligatur etiā omnibus membris habentibus Venam / sua complexio est calida et humida. Numero est unum/partes ipsius sunt propria caro:Vena portę:et Vena chilis/Arterię: Neruus cum pānicu/lo:et Cystis cholerę:Sua operatio est sanguificatio: Sua propria passio est hydrops:patitur tamen omne genus morbi. Quomō euen tetur Hepar.

¶ De Vena portę.

Extra substātiā hepatis ē etiā uena portę:teste Gal. sic di cta a uiro uersuto circa naturam:et ab illo remansit no/men usq; nunc : quod Hyp. & totus cetus Asclepiadis laudauit/quia portāt sui rami preelaboratum in Ventre cibum ad totius animalis digestionis locum:quem uocamus hepar. Vena portae.

¶ Hęc Vena extra hepar habet octo partes: duę sunt paruę/sex maiores/una ex minoribus habet duos ramos/unus nutrit Duo denum:et alter Mesentetium:Duodeno contiguum. Vena porta habet octo partes.

¶ Alia Vena minor nutrit Ventriculum iuxta portanarium.

¶ Prima ex sex maioribus nutrit partem latã exteriorẽ uẽtriculi.

¶ Secũda cum aliquibus ramis uadit uersus Splenem:a qua pri/mo unus Ramus uadit ad Mesentereon nutriendum : deinde unus alter magnus ramus uadit ad Splenem : qui in uia in plu/res diuiditur ramos/quorum unus magnus nutrit sinistram par tem inferiorem uentriculi.

¶ Hic met Ramus sequitur ingrediens Splenẽ : & emittit a se duos Ramos/quorum unus ascendit/alter descendit. ascenden tis tres sunt partes:una pars nutrit Splenẽ/alia nutrit superiorẽ partem uentriculi:altera pars transit ad os eius emulgendo me/lãcholiam ponticam pro appetitu incitando : quę ut plurimum egreditur cum fecibus per intestina.

¶ Vena p̃dicta descẽdens bipartitur:unus Ramus nutrit Sple/nẽ:alter uadit ad Omẽtum ĩ parte sinistra & ipsum nutrit.

¶ Tertius ramus ex sex prędictis uadit a sinistris ad Rectum in testinum suggendum.

¶ Quartus etiam ramus ex sex maioribus in capillares spargit̃ ramos/quorũ aliqui ad dextrã partem Ventriculi nutriẽdã ua/dunt:& aliqui uadunt ad nutriẽdam partem dextram Omenti.

¶ Quintus ramus uadit ad Mesentereon ĩ loco:ubi alligat̃ colo.

¶ Sextus uero uadit ad Mesentereon in parte:ubi alligatur ie/iuno & ileo cũ suis ramis:qui dicũtur Venę meseraicę: & hęc est satis magna:Substãtia harum Venarũ est qualis aliarũ:Sua quã titas/& suus principalis numerus:et situs : et figura ac colligãtia patent:sua complexio est frigida et sicca/sed ratione contenti est calida et humida/suum iuuamentum est p̃elaboratũ cibũ duce/re ad hepar:digestionem etiam secũdam inchoat cũ suis ramis: portat etiam nutrimentum Ventriculo : Spleni et Omento / et intestina nutrit:passiones omnium modorũ patitur:et pręsertim oppilatiões et etiam apertionem suarum meseraicarũ:et interdũ scisuras:et compatitur hepati in omnibus eius morbis.

¶ De Cysti (continente coleram siue bilem) quę a uulgaribus dicitur Fel.

Cystis bilis
Fel.
Foliculus.
Saccus.

Ystis bilis uel colerę Fel dicta/est foliculus siue saccus ĩ
c cõcauo hepatis adhęrens penulę medianę eius:cõposi/tus ex substantia pãniculari:subtili : solida : carente san/

guine:unā solā hn̄s tunicā:tectā pāniculo tegēte hepar/i ea sunt uilli omniū modoꝝ:īterius hēt lōgos et obliquos:exterius latos.

ℭ Sua substātia est subtilis:quia non digerit aliquid:et dura est ut resistat acuitati colerę / habet unū porum intrantem folliculum immediate (qui dicitur cōmunis) maiorem aliis/qui secundum aliquos tripartitur/et secūdum aliquos alios quatripartitur.

ℭ Vnus uadit ad hepar continuatus cū Vena portę:a qua trahit colerā per angustas uias/in isto poro sunt uilli longi tantum.

ℭ Vnus alter porus uadit uersus ītestina:q ē duplex in certa di/stātia/cuius una ps uadit ad Duodenū uersus Ieiunū:ut mūdet ītestina a phlegmate & fecibus pp acuitatē colerę p eū trāsmissę: et iste porus ingredit̄ diagonaliter in duodeno īter tunicā et tu/nicā eius:ne colera:et in ītestino cōtēta retrocedāt et oppilēt eū.

ℭ Alius secūdum aliquos uadit ad pyluron Ventriculi/ad cōfor tandū digestiuam cum sua colera/qui si est magnus/facit homi/ Pyluron. nem infelicem propter continuum colerę uomitum:et istum po rum aliqui negant:per collum cōmune quod ab alliquibus po/nitur pro quarto ramo/fit attractio et expulsio.

ℭ Sua quātitas et figura patet:Numero est unū mēbrū/colliga/tur cordi per Arteriam paruam quam habet:et cerebro per ner uum paruum/complexio eius innata est frigida et sicca.

ℭ Sua iuuamenta sunt expurgare sanguinem a colera:et calefa/cere hepatis digestiuā:& ipsum a putrefatione seruare: confortat etiam Ventriculum:& ipsum mundat a pituita:& iuuat expulsi/uam intēstinorū/& interdum homo caret felle/hic tamē est Va litudine infirma & breuioris uitę.

ℭ Passiones omniū modorū patit̄:Sua propria passio est oppil/ Oppilatio cy tio:p quā causatur morbus regius seu Icteritia:et si est oppilatio stis. in poro cōi:et corpus nō expurget̄ a colera : tūc siūt ęgritudines colericę diuersorū modorū : feces tamen possunt esse coloratę.

ℭ Si uero est oppilatio in collo tēdente ad intestina et ad porta nariū:tūc feces sūt discoloratę:& ēt colera nō expurgat̄ a Cysti: sed regurgitat ad hepar:& cāt diuersas ęgritudines colericas.

ℭ Et si in collo uersus hepar fiat oppilatio:feces poterūt esse co/loratę aliquo tempore:et causabit etiam ęgritudines colericas di uersorum modorum:sed durante oppilatione feces erunt disco/lorate cętera diximus in cōmento supra Mundinum.

¶ De magna Vena chili: & Aorta descenden tibus: & emulgentibus.

I Isis prędictis abiicias Mesentereon: Splenem: et Hepar: de cuius parte gibbosa reserua illam partem/a qua ime diate exit cánalis magnus Venę chilis: ut possis uidere eius ortum: reliquendo tamen Ventriculum detumefactũ in suo loco: ut deo eo uideantur etiam aliqua alia.

¶ Primo uidebis a gibbo hepatis exire Venã magnã: quę dicit̃ parigibba: & chilis: & cõcaua: et uenarũ mater: a qua ad oẽs par/tes aĩalis/mediãtibus suis ramis dispẽsat̃ sanguis: cuius sunt cõce ptabula: Hęc Vena est subtilis/porosa & lenis/non bitunicalis si cut Aorta Arteria/ne plurimũ temporis cõtineat sanguinẽ: qui grossus est: sed ut cito mẽbra nutriat: est etiã talis quia motu ca/ret: Arteria uero subtilem uehit sanguinẽ/qui ab aliquibus spiri tus uitalis nominatur: hęc ꝯtinue sistolat & diastolat/ideo dura grossa & cõpacta est ne rũpatur: & est talis/ut diu cõtineat subti lẽ in ea cõtentum sanguinẽ: qui propter motũ resolutioni dispo/nitur: Huius Venę pars superior ascẽdit ad cor & ultra perforan do diaphragma: quę uocat̃ chilis ascẽdẽs: de qua suo loco dicet̃.

Parigibba. Chilis. Concaua. Uenaꝝ ma/ter.

¶ Hęc met Vena descendit dorso herens directa: & uocatur chi/lis descendens: quam concomitatur magna Arteria descendens Aorta uocata: quã cũ diligentia uide simul cũ Vena: Vena ta/men est supra Arteriam/& sunt ambę peritoneo inuolutę.

Chilis ꝛ Aor ta descẽdẽtes.

¶ In descẽsu ab utraq; earũ: primo diuidũtur Rami: qui uadunt ad fascias seu pãniculos Renũ: cũ uero sunt in directo Renum: Vena pariter & Arteria emittũt a se unũ notabilem Ramum a dextris: aliũ a sinistris: q sunt Renibus cõtinui: hi Rami dicuntur emulgẽtes: ut plurimũ dexter Ramus est altior sinistro: quia de/bet esse propinquus hepati: ut cito mundet ipsum ab aquositate in chili cõtenta: & sinister est dep̃ssior: ut suus Ren cedat Spleni dep̃ssiori hepate: ista orificia nõ sunt sibi directa: ut attrahat̃ a pro pinquis primo: a lõgiqs secũdo: & ne attractio sit se se ĩpediens.

Fascia renũ.

Uene emul/gentes.

¶ Ab ista Vena similiter & ab Arteria magna sub Renibus alię multę sepantur Venę et Arterię: quę Rectũ/Vesicã/Matricem et partes sibi uicinas nutriũt. s. ꝗ indirecto cuiuslibet sphõdyli ab utraq; earũ/unus Ramus ipsum ingredit̃: & spargit̃ in musculis sibi uicinis/ex p̃dictis etiã Ramis itra quẽlibet sphondylũ: ingre

diũtur Rami subtilissimi:qui Nucã:pãniculos:& ligamẽta sphondylos ipsam Nucam inuoluentes et ligantes cibant:ut in ipsorũ sectione uidebis/ex p̃dictis etiã Ramis/aliqui uadunt ad musculos et ad membranam Abdominis.

¶ Hęc Vena pariter & Arteria : circa os sacrũ infra sphondylos Renũ bifurcat̃ i duas partes ęquales ad formã littere gręce:quę Lambda dicitur/istas Arterias bifurcatas aliqui uocãt sempiternas:in quibus ingrediũtur duę Arterię Vmbilicales/una quarũ est a dextris/alia a sinistris:q̃ ad latera uesicę in ipsas descendũt. — *Lambda. Arteriae sempiternae.*

¶ Istę Arterię et uenę bifurcatę/una a dextris alia a sinistris uersus coxas descendendo : secundum aliquos in quolibet latere in decem diuidũtur partes/quarũ una nutrit inferius dorsi per lũbos uersus Renes dispersa/intra et extra.

¶ Et una alia pars in capillares Ramos diuisa nutrit peritoneon:

¶ Et una nutrit musculos profundos coxę.

¶ Et una nutrit musculos ani.& ab ista oriũt̃ uenę hemoroidales

¶ Et una nutrit collũ et os matricis/a qua etiã duo Rami uadũt ad Vesicã:unus ad fundũ:alter ad collũ ipsius:et qui ad collũ:in fęminis parus est/in uiris uero magnus propter uirgam.

¶ Et una alia de decem uadit ad partes pectinis.

¶ Et una alia tẽdit ad musculos lõgos Abdominis: cuius Rami ascẽdẽdo cõtinuãtur cũ uenis pectoris descẽdẽtibus uersus ipsos: et isti simul uniti tẽdunt ad Mamillas:& ab isto Ramo i fœmina notabiles partes ẽt uadũt ad matricẽ/a quo duę Venę Arteriis nõ associatę per abdomen usq; ad Mamillas ascẽdunt/per quas ipsę alligãtur matrici.Et ideo in p̃gnãtibus et in tẽpore retentionis p̃ternaturalis menstruorũ:ut plurimum tument Mãmę. — *Uene ad mamillas. Quare in prægnatibus tumeãt mame.*

¶ Et una alia ex decem uadit etiam ad matricem in fœmina : in Mare uero uadit ad uirgam et ad scrotum.

¶ Alia uero uadit ad uniuersos musculos coxę.

¶ Et alia pars/q̃ decima est/etiã ad coxã tẽdit:et ista ẽ notabilis: et descẽdit per iterius coxę:et cũ est prope genu sub poplite diuiditur i tres Ramos/quorũ unus obliquat̃ uersus exterius cruris: et tẽdit usq; ad paruũ pedẽ:et hic Ramus uocat̃ sciatica:quia in ipsius dolore incisus cõfert/et ortum istius Rami non cognouit Mũdinus/unus alter ex tribus predictis descẽdit per iterius usq; ad pedẽ:et hic uocat̃ Saphena:Tertius uero Ramus tenet me/ — *Sciatica. Saphena.*

dium inter prędictos ramos/qui omnes cibant crus et pedem: et de istis fiet sermo in Anatomia magni pedis.

Plures vene q̃ arterie & pp quid.

¶ Aduerte tamen quod sunt plures uenę q̃ Arterię: teste Gal. xvi. de utilitate partiũ cap. xiii. & xiiii. & teste sensu: & ratio est: qa sunt multa mẽbra frigida naturaliter euẽtatione nõ idigẽtia: quibus etiã sufficit paucus spiritus. Ideo nõ habẽt Arterias multas: & ĩ manibus & ĩ pedibus & ĩ cerebro & in parte supficiali colli: & in cute totius sunt uenę aliquę absq; Arteriis: Nulla tñ Arteria est sine uena sibi coniuge: aliquę quarũ maxime notabiles / sunt alligatę simul per pãniculũ ortũ ab Arteria: & sunt simul unitę: ut firmẽtur & fortificẽtur Venę a pãniculo prędicto: et ut Arteria uiuificet uenã: & q uena det sanguinẽ arterię ĩ necessitatibus: de quo fit spiritus uitalis & nutrit ipa arteria: Arterię uero paruę nõ sunt ligatę cũ uenis p pãniculũ pdictũ quãuis sint iuicẽ sotię: sed sunt sotię ut uiuificẽt & nutriãt mẽbra / teste Gal. ubi supra.

¶ Et uenę & arterię apropinqoribus locis uadunt ad sua mẽbra cibãda / exceptis uenis et arteriis Testiũ et Mamillarũ: quę a remotis uadũt ad ipsa: ut sanguis diu in eis moram trahat: per quã melius digeritur et facilius in bonũ conuertitur sperma & in lac: et sunt multę arterię et uenę sensu impceptibiles / ut quę ad ossa et ad cutem / et quę ad extrema mẽbrorum tendunt.

¶ Situs harũ Venarũ et arteriarũ: & ẽt substãtia & q̃titas & figura patẽt. Sępę tñ uenę mutãt sitũ numerũ et q̃titatẽ & iõ authores de ipis sunt discordes: Numerus Ramorũ ipsaꝝ ĩ pceptibilis est: sua colligãtia apparet ex dictis et dicẽdis: sua iuuamẽta sũt nutrire et uiuificare totũ corpus / passiões omniũ modoꝝ patiũtur.

¶ Accidunt tñ eis morbi cõpositionales de sũma oppilationũ / q̃ sũt deteriores oppilatiõibus nariũ: & ĩtestinorũ: & similiũ locoꝝ: tũ qa sua oppilatio prohibet mẽbra nutriri: nõ pmitẽs sanguinẽ ad ea fluere: tũ qa Regurgitare facit sanguinẽ ad hepar / q facit in ipo oppilationẽ / uel putrefit / uel aliquas malas ĩducit ęgritudines: Sua etiã oppilatio ẽ mala / qa sępe est ĩ cognita: & quia male eis applicãtur medicinę / tam ĩtra corpus q̃ extra: suę solutiones possunt esse a causa intrinseca et extrinseca / cuius tres sunt spẽs: una cõiter dicitur dyabrosis / q̃ est uene corosio / a dya quod est de seu compositio & brosis seu rosis quod est comestio / alia spẽs dicit Rixis / q̃ icisio iterptatur. Tertia dicit Anastomosis / quod

Dyabrosis.

Rixis.

Anastomosis

est idē quod apertio & dilatatio uenarū:unde uersus/Dyabrosis uenas corodit: Rixis easdē scindit: Anastomasis has apire facit.
¶ Venis uero emulgentibus euenire pōt iter alios morbos debilitas attractiōis soliti sanguinis aquosi: Sicut ēt Renibus/quare aut nō attrahūt:aut debiliter/& ide euenit difficultas uel totalis urinę ablatio:etiā nō existēte urina in uesica/ in quo casu errant Rudes medici tentātes extrahere urinā cū Siringa:uel alia operatione manus de Vesica: & iste est casus singularis ut plurimū inferēs mortem. Quem ego uidi pluries:& inter alios cū multis aliis honoratis medicis fui in cura Magnifici ac Illustris .D.Dñi Galeatii de nobili familia Palauicinoꝝ: q ab urinali aquositate i uenis totius aggregata suffocatus est:& hęc aquositas induxit ei squinātiā:pro qua applicauimus uētosas sine scarificatione diuertendi causa:& uētosę p poros cutis implebātur pura aquositate: hęc tamen incidēter scripsi ad iuuenū utilitatem et honorem.

¶ De Renibus.

r Amis emulgētibus prędictis cōtinuantur duo corpora carnea:solida:pitoneo tecta: Renes seu Renones dicta: Renes. Fuerunt.n.duo et nō unus:sicut Cystis colere & Splen: Renones. quia aquositas ē maior fece & spuma sanguinis:cui requirit unū magnū expurgatoriū uel duo parua: & non fuit unus Ren magnus/ne coartaret et exprimeret itestina: & ne dorsum Redderetur in ęquale:& fuerūt duo/ut si ledatur unius opatio alterius firma maneat:& fuere solidi: ut occurrāt multo cū paruo spatio: & ne sanguis exeat cū Vrina per aliquē eius porū:& ut nō attrahant nisi subtile suggendo ipsum:& ut resistāt acuitati Vrinę:fuere etiā solidi:quia corpus spissum est fortius ad attrahendum.

¶ Sua quantitas patet/ sua figura est cōspicabilis: quę est similis grano faseoli legumini:sua complexio est calida:colligantur cerebro per neruos:mediātibus pāniculis īuoluētibus:hepati per Venas prędictas:cordi per magnas Arterias: Notauit Gal.magnas Arterias in Renibus nō esse solū nutritionis & uiuificatiōis causa:cum Renes sint parua mēbra:quibus sufficiebat parua Arteria:sed in eis sunt magnę Arterię:quia ipsę etiā mundant cor ab aquositate & colera:& dixit etiam:multotiens Aorta trahit a stomacho & ab intestinis sanguinem nō purum:immo chilum:quē emulgentes Arterię expurgant ad Renes.

¶ Ego ipse etiã uidi Anno .1521. in studio nostro Boñ. In anato/
mizato publice Arteriã unã ex emulgẽtibus facere unũ porum
in parte dextra extra Renẽ/qui in notabili distantia infra Renẽ
ingrediebatur porũ uritidẽ a pdicto Rene ortũ: & ambo p unũ
cãnale tendebãt ad uesicã. Hęc tamen etiã arteria emulgens in
grediebatur Renẽ in loco solito: & in isto indiuiduo Renes erãt
cõtinui ac si esset unus Ren: & habebat duas Venas & duas Ar
terias emulgentes: & duos poros uritides cũ uno solo pãniculo
inuoluente/qui occupabat loca solita Renũ: & etiã mediũ dorsi:
quod est in loco inter Splenem & hepar parum infra ea.

¶ Dimitte ergo Renẽ sinistrũ in loco suo propter uasa spmatica
uidẽda: & scinde dextrũ in eius cõcauo per mediũ secũdũ sui lon
gitudinẽ usq; ad eius centrũ/cõsiderãdo locum Venę & arterię
magnę ipsius: q̃ Renis substãtiam in parte eius cõcaua ingrediũ
tur: a qbus Ren trahit spiritũ: & nutrimẽtũ: et supfluitates aquo
sas totius corporis colerę mixtas/hęc omnia mixta per totã Re/
nis substãtiam licet solidã trãseunt/quia sunt subtilia. Sanguis. n.
non transiret solus ad minimas partes Renũ: quia solidi sunt: nisi
esset aquositati & colerę mixtus/quę omnia mixta assimilantur
loturę carnis a Renibus attractę per emulgentes ab hepate et a
corde chili Vena & Aorta Arteria mediante.

¶ Hic sanguis multę aquositati mixtus solus retinet a Renibus
pro suo nutrimẽto: & aqua cũ colera simul a sanguine defecata
trãsit ad certã uacuitatẽ notabilẽ existẽtem in centro Renis: tãq̃
Porus uriti/des cãnalis Uretra. ad lacunã/quã fluuius seu cãnalis porus uritides dictus eam du/
cit ad uesicã: hic porus. Vretra a gręcis dictus: est corpus oblon/
gum/pãniculate/solidũ/perforatũ/a corpore uesicę (quia ei assi/
milatur ut fertur) ortũ: & ad Renẽ terminatum/quem cũ caute
la cõsidera et cõserua simul cum Rene pro anatomia uesicę.

¶ Et in Rene non est Rete nec aliud colatoriũ pãniculare ut pu
tãt aliqui: sed Renes facti sunt organa cõcaua orificiis aliis quidẽ
attrahẽtia/aliis aũt emittẽtia subtilem aquosam superfluitatem.

¶ Dicebat ergo Gal. 4. de utilita. c. xii. multi deniq; ebriosi ãpho
ras integras bibẽtes & pportionale multitudinis potus mingẽtes
nõ ipediũt circa discretionẽ/sed paratissime & fallaciter sanguis
qui uenit ad concauam expurgatur a Renibus totus non tangẽ
Lacunã i Re/nibus. tibus uenam. Prędicta lacuna habet circa se pãniculum solidum

perforatum ultra decem foraminibus magnis:per quę mediãte certa Renis substantia parua similis papillis mamillarũ mulierũ in prędictam concauitatem natura emulget urinam.

ℭ Renum colligantia patet ex predictis / colligantur etiam per paruũ neruũ cerebro/mediante pãniculo eos tegente.

ℭ Eoꝝ iuuamenta sunt expurgate totũ corpus ab aquositate su/perflua & colera:Principaliter tamen hepar & cor:multa tamen aquositas etiam remanet in aliis uenis cum sanguine mixta/quę dicitur uehiculum nutrimẽti:quę apparet in sanguine phloboto mato uel alia uia a corpore extracto. Uehiculũ nu/trimẽti.

ℭ Patiũtur oẽ genus ęgritudinis/q̃ fere oẽs sunt difficilis sanatio nis:sicut est diabetes.s.quasi cõtinuũ urinę stillicidium. Patiũtur etiã debilitatẽ atractiuę uirtutis/qua mediãte urinã nõ uadit ad uesicã:& isto modõ iterdũ suffocatur animal uel alia uia perit: fit etiã ascitis a tali debilitate. Patiunť etiã lapides/arenas:& pilos: sed pili generantur seu condensantur in poris uritidibus/lapides eius sunt rubei parui sępe oblongi in prędicta lacuna geniti:quã do Renes sunt debilitati nõ potẽtes retinere sanguinem / urina exit sanguinolẽta:exit etiã talis:quãdo hepar est debile nõ discer nẽs aquositatẽ a sanguineitate sepatione & q̃titate qua oportet.

ℭ De Vasis Seminariis.

Stis expeditis in utroq; sexu. Primo notabis in uena ma
i gna chili & in Aorta arteria:iterdũ supra Renes/iterdũ ĩfra:unã uenulã & unã arteriã:q̃ ãbo ad aliq̃. distãtiã uni unť se cõtangẽtes descẽdẽdo usq; ad Testiculos dextri lateris.

ℭ Notabis etiam duo similia uasa simili modo descendentia & unita in latere sinistro:ab emulgente uena sinistri Renis unum: & aliud ab Arteria Aorta/istę omnes uenulę & arterię sic descẽ dentes uocantur uasa spermatica prępparãtia:hęc mẽbra sunt cir cũtecta a pãniculo orto a pitoneo : a Celso dictus Aegitroides: superiacet uena:subiacet autem Arteria. Uasa spmati/ca pparatia.

ℭ Ista uasa sunt latiora & duriora in mare q̃ in fœmina/excepto tẽpore impgnatiõis & mẽstruoꝝ : ut patet ad sensum pp multũ sanguinẽ tũc in eis retentũ/sed in aliis tẽporibus ĩ mare sunt du riora & latiora:& etiã semp sunt lõgiora:qa ad longiorẽ distãtiã habẽt ferre suũ cõtentũ : & sunt talia quia masculinũ sperma est plus & grossius fœmineo/per quã etiã lõgitudinẽ uasoꝝ maris:

suũ sperma est magis digestũ:& sperma dextri lateris mares ge/
nerat:quia sua materia est magis digesta & mundificata ab aquo
sitate:sinistri uero fœminas/qa frigidũ est et aquosum:ab emul/
gentibus prędictis sanguine aquoso repletis ueniens.

¶ Hęc uasa in utroq; sexu conueniunt in loco a quo: sed discon/
ueniunt ad quem: Eorũ terminatio in fœmina est intra corpus:
ut dicetur in anatomia matricis:quę postponitur anatomie Vir/
gę & Ani melioris ordinis gratia.

¶ Hęc uero uasa in mare descẽdũt ab utroq; latere usq; ad os pe
Lumbaria. ctinis in fine Iliorũ supra Lumbos:& ideo uocãtur etiã Lũbaria:
q̃ uasa supra os pectinis descẽdẽdo ĩgrediũtur ab utroq; latere in
Didimus. unũ uelamen pãniculare ab extremis Siphac pro pte orto:quod
Cremasteras. dicitur cõiter Didimus & Cremasteras:& trãseũt in scortũ usq;
prope testes:ut põt uideri ĩ uno solo latere relinquẽdo aliud latus
in tactũ pro Anatomia Didimi uidẽda. Caue tamẽ ne destruas
scortũ in aliquo latere:sed trahe ad superiora uersus pectinẽ illud
uas solũ quod uidere intẽdis simul cũ didimo suo & testiculo.

¶ Hęc uasa descẽdẽtia usq; ppe Testes sunt ualde dura:& sunt si
Variciformia uasa. cut uarices reuoluta/unde Variciformia uocantur/q̃ cũ obuiant
Testibus (circa quos reuoluũt) ne eos sua duritie lędãt efficiũt
Epydidima. Anedor. Andros. mollia:& ibi hęc uasa uocãt Epydidima/& Anẽdor/& Andros.

¶ Ab istis uasis ĩmediate trãsit materia spmatis ad Testes:ĩ sub/
stãtia quoq; acqrit albedinẽ & uirtutẽ generatiuã:& a Testiculis
Vasa deferentia. euomit iterũ ad p̃dicta uasa mollia Epydidima noĩata/a qbus
trãsit ad alia uasa ĩferiora ipsis cõtinua:q̃ uocãtur deferẽtia:quoq;
substãtia alba est:& aliis durior:hęc Vasa deferẽtia in mare ascen
dũt a testibus usq; ad pectinẽ cũ pręparãtibus prędictis descẽdẽ/
tibus cõriguata:q̃ deferẽtia sic in supmo ossis pectinis ascensa ab
utroq; latere ĩtra uẽtrẽ reflectũtur/q̃ simul cũ Testiculis cũ cau
tella cõserua:usq; quo uidisti anatomiã Didimorũ & etiã testiũ.

¶ Hęc uasa intra uentrem reflexa descendunt inter Rectum &
Vasa cõseruãtia & deferẽtia & parastata adeniformia. Vesicam:& ibidem se dilatant in plures cauernas spermate ple/
nas:ideo ibidem hęc uasa uocãtur cõseruantia & deferentia sper
ma:& a Gal.duce Eracleo dicũtur parastrata adeniformia/quia
ipsa circundat adenosa caro.

¶ A dextris & a sinistris hęc uasa collũ uesicę pforãt:& ĩter Virgã
circa Anũ euomũt spma/qd postea extra pellit p cãnale uirgę.

¶ De Didimis.

Aec uasa simul cũ Testiculis a fundo scorti usq; ad imbi
h llioꝝ in quolibet latere inuoluũtur uno pãniculo/cuius
maior pars orta est a pitoneo/i fine Abdominis in scor Didimus seu
to descẽdente/qui cõiter dicit Didimus et suspẽsoriũ Testculi:a suspensoriũ testiculi.
grȩcis dicit Cremasteras:substãtiã cuius cõsidera:q est ex tribus Cremasteras.
& forte secũdũ aliquos ex quatuor pãniculoꝝ reuolutionibus.

¶ Prima est exterior orta a pãniculis spondylorũ: alia est orta a Siphac:seu peritoneo iuxta femur intra Abdomen cõtẽnto:quȩ Darion a Celso dicitur. Darion.

¶ Ex istis duabus pp suã fortẽ colligãtiã fit q̃si una pellicula sola.

¶ Alia est ex pãniculo imediate inuoluente uasa prȩdicta a peritoneo circa dorsum orta/quȩ dicitur Aegitroides. Aegitroides.

¶ Alia est ex cordis musculorũ testiculorũ:quȩ exigua est.

¶ Considera etiam quantitatem & colligãtiam: complexionem & numerum. Figuram habent Cystis:in superiori strictam:in fundo latam quantum est grossities Testium.

¶ Iuuamẽta sunt suspendere testes & manutenere uasa prȩdicta.

¶ De Scorto:quod aliqui scrotũ uocãt.

X istis pãniculis & cute cõponitur oscheum seu scortũ.i. Oscheum.
e bursa testium/in qua sunt aliqui nerui sensum ei dãtes: Scortum.
& aliquȩ arterȩ & uenȩ illud nutriẽtes:et scortum a Cel Bursa testiũ.
so scrotum dictum est unum mẽbrũ duobus Didimis cõmune: et est sinus seu camera Didimis Testibus et seminariis uasis.

¶ Hoc mẽbrum est per medium diuisum a leui mẽbrana/quȩ ab aliquibus dicitur sutura:et taurũ:et corda:quȩ etiã aliqualiter apparet in cute exteriori i medio scorti faciẽs quãdã rugã secũdũ lõgũ corporis:huius mẽbri quãtitas:figura:situs:numerus:& colligãtia patẽt. Sua cõplexio ẽ frigida & sicca. iuuamẽta eius patẽt.

¶ Hoc mẽbrũ cum didimis omne genus morbi patit. Sua propria passio est dillatatio eorũ/qua mediãte multȩ fiunt Ramices Ramex.
hernię dicte.s. Zirbalis:Omentalis dicta:alia intestinalis: i scorto Hernia.
etiã fit hernia siue hyrnea aquosa:uentosa:humoralis:et carnosa: Hyrnea.
et etiam uaricosa/ quȩ fit per repletionem uasorum seminalium factam a sanguine grosso/seu multo et aquoso.

¶ De Testiculis.

i Ntra prȩdicta suspensoria ab utroq; latere sunt duo mẽ

Testiculi. Oua.

bra glandosa alba similia carni mamillarũ, quę uocãtur Testiculi: quorũ figura est Oualis: et ideo etiam Oua dicuntur: caret sua substantia sanguine et omni sensu: Sentit tamen per suos pãniculos: eorũ quilibet habet duos musculos pãniculis suis hęrentes: ut ipsos custodiant et eos eleuent ne laxentur.

❡ Sua quãtitas, suus numerus: et situs patent: sua cõplexio ĩnata est tẽpata ĩ actiuis: ĩ passiuis humida. Influẽs tñ ẽ calida, qua mediãte teste Arist. trahũt a toto ad se materiã spermatis sicut uẽtosa: et a medicis ponũtur ĩter mẽbra pricipalia: colligãtur aliis mẽbris principalibus, p uenas, p arterias et p pãniculos: sua iuuamẽta sunt cõseruare spẽm. Passiões omniũ modoꝝ patiũtur.

❡ De Vesica.

i Stis expeditis eleua Renes cũ poris uritidibus a uesica ortis: ĩtra tunicã eius magis uersus collũ q̃ fundũ ĩgrediẽtibus dyagonaliter: ne urina regurgitet ad eos, per istos poros ĩterdũ trãsit ad uesicã lapillus ĩ Renibus genitus: in eis extensionẽ faciens cũ intẽso dolore, quia sunt neruei ut uesica.

❡ Scinde primo corpus uesicę circa fundũ eius, quod est unica tunica cõpositũ, in parte cuius exteriori uadũt duo nerui p sensu ipsius: Primo notãdo eius sitũ, qui est in inferiori parte uẽtris in cõcauitate Aqualiculi, in qua est etiã Rectũ intestinũ dorsum uersus et matrix in eorum medio, in fœmina.

Aqualiculus.

❡ Notabis etiã suã colligantiã: et quãtitatẽ: et figurã: et numerũ: substãtia cuius est neruea ex neruis ligamenti, incõsolidabilis si soluatur, in collo carnea est: et ideo ibi cõsolidatur, suũ collũ ẽ uirgę unitũ per totũ usq; ad extremũ glandis, unde exit urina:

❡ Sua cõplexio ẽ frigida & sicca: est circũuoluta uno pãniculo a peritoneo orto. sua iuuamẽta sunt diu retinere urinã ne cõtinue homo surgat ad eã emittendã: sed quasi cõtinue fluit a Renibus ad ipsam, suã retentionẽ iuuãt certę carnes glãdosę principiũ sui colli extra inuoluẽtes & comprimẽtes, causantes in ipso collo anfractus aliquos, propter quos uesica nõ mũdatur ab aquositate integre, & suã retentionẽ uolũtariã & ẽt expulsionẽ iuuat unus solus uesicę musculus os eius inuoluens.

❡ Passiones omniũ modorũ põt pati uesica, q̃ sunt interdũ icurabiles, sicut est pregrandis lapis: & excoriatio in corpe colerico & in sene. Sua etiam notabilis Solutio est lętalis

De Virga.

Post p̄dicta mēbra occurrit Virga/q̄ est de substātia ligamentali: neruosa etiam & cauernosa est ut spongia cum aliq̄bus tamē musculis/hēt Virga pariter & Lingua plures & maiores Venas & Arterias q̄ aliud mēbrum sibi simile in magnitudine/ per prędictas porositates duce imaginatiua. Virga sola sępe a spiritu magnificatur & erigitur. In ea .n. est uirtus naturalis:per quam cū animal mouetur ad coitū inflatur et dilatatur:sicut fit naturaliter motus in corde et in Arteriis/in his autem fit semper propter necessitatē:in hoc uero aliquādo/& sępe inutilis ē:sua origo & situs ē ex p̄te pectinis ī medio oībus nota.

Sua figura est oblonga rotunda/habēs in se cānale : per quod exit Vrina & sperma/summa pars eius Glans & caput Virgę dicta est:& ibi est cōpacta/dura/& obtusi sensus ne ī coitibus lędatur. Istam glandem circūdat certa pellis mollis:quę dicitur Pręputium obediens reuersioni in omni confricatione. Glans. Caput virgae Praeputiuz.

Hoc pręputiū in parte inferiori ī medio tantū per longū alligatur maiori parti glādis per certū pelliculare mēbrum a uulgaribus dictum el filello. Numerus & etiā quātitas eius patēt. Sua cōplexio īnata per influētem est calida & humida: colligatur cū osse pectinis:cū Adenosis parastatis : cū uesica mediante cānali extra riuante urinā/com Cerebro mediātibus neruis ad musculos & ad cutim eius uenientibus:cū corde & hepate mediātibus Arteriis & Venis descendentibus prędictis. Filello.

Virga hēt ī se tria foramina:unū latū quod ē cōe spmati & urinę:& duo parua:p̄ q̄ ī isto cōi īgredit̄ spma a uasis seminariis ātedictis ueniēs:Ista duo orificia seu uasa īgrediūt̄ hoc cānale ī loco dicto p̄ineō/q ī mare ē locus īter Anū & radicē uirgę:& ī femina est īter Anū & fissurā colli matricis ab istis foraminibus ad uesicā secūdū ueritatē istud cānale dicit̄ collū uesicę:ab hinc usq; ad extremū glādis/dicit̄ foramen cōe & cānale uirgę:& ab aliq̄bus dr̄ (Vretra. Perineon. Foramē cōe. Canale virge Uretra.

Habet ēt Virga quatuor musculos:duos uersus suū īferius:ab utraq; p̄te unū iuxta cānale urinę:qui secūdū lōgitudinem extensi sunt & dilatant Virgā & illam eleuant:ut sperma p̄ ipsam cū facilitate penetret. Duo sunt alii eius Musculi a radice ipsius uersus os pectinis orti:ueniētes trāsuersi uersus glandem in parte eius sup̄iori:q cū tēdūtur: Virga eleuatur:& cū cessant a

tenſione deprimitur / ꝙ ſi uni accidit tenſio & alteri non / uirga declinabit ad partem Muſculi tenſi.

Ager naturae ℂ Vtilitas Virgæ eſt facta principaliter pro conſeruatione ſpẽi. Ipſa.n. mediãte mittiť ſperma in Agro naturę .ſ.in Matrice: quę ſi eſt moderatę quantitatis. ſicut & lingua laudatur & utilis eſt. Ipſius.n.breuitas nõ ducit ſpma ad locũ debitũ: & ſua nimia longitudo eſt cauſa reſolutionis ſpirituũ in ſpermate.

ℂ Virga etiam per colligantiam ſuam euacuat ueſicam ab urina cuius ſignum eſt ꝙ pediculus orificio eius extremo applicitus mordicando prouocat eam.

ℂ Iuuamenta prępucii & pelliculę prędicte alligantis eum glandi ſunt prebere aliq̃ delectationem in coitu: & tueri glandem a nocumẽtis extrinſecis. Iſtud preputium eiiciũt hebrei in circuncitionibus: operantes contra intentum naturę. Paſſiones omniũ modorum patitur uirga. ſua propria paſſio eſt priapiſmus.

ℂ Ad iſtã anatomiã bene uidendã prius notatis antedictis & notato ſitu Recti iteſtini: ſcalpro / falce / uel ſerra / uel alio ingenio ſepara os pectinis a ſua pte laterali: & ſimul cũ oſſe ſepara notabilẽ partẽ cluniũ.ſ.illã in qua ſunt muſculi Ani: & eleua Rectũ: ueſicã: & uirgã cũ uaſis ſeminariis & poris uritidibus p̃dictis: & pone p̃dicta mẽbra prius lota & mũda a ſtercore & ſanguineitate in eis cõtenta ſupra aliquã tabulã: ut prędicta melius uideas a p̃dictis mẽbris cum diligentia ſolum os pectinis abiicendo.

ℂ Et primo notabis locum pororũ uritidorũ prędictoꝝ ueſicam ingredientiũ: in eis ponẽdo ſpecillum ſeu radium uel aliquod tale: & uidebis penetrare eum diagonaliter per ſubſtantiam corporis ueſicę in ſuam concauitatem: ut prędictum eſt.

ℂ Iſtis uiſis uidebis etiã uaſa ſeminaria predicta inter rectum & ueſicam ingredi / & cum inciſorio aliquo cum cautela ſepara rectũ a ueſica / quia in loco iſto hęc membra ſunt firmiſſime alligata: & uidebis predicta paraſtata cauernoſa & lata: & ea incidendo uidebis ſperma ibidẽ contentum pro duobus uel pluribus coitibus: & hęc uaſa terminantur in canali uirgę.

ℂ Et circa iſtum locum uidebis carnem glandoſam notabilem ad latera colli ueſicę / quę aliqualiter digerit & dealbat ſperma ibidem contentum / uel ſaltem conſeruat ne exſiccetur: conſeruãdo etiam in eo ſpiritum genitiuum.

¶ Tenent etiam istę carnes ne collum uesicę exsiccetur & etiam uirga: quę prę sua longitudine extra pendens exsiccari & claudi apta est: & propter hoc ista carne careat fœminę. Iste etiam carnes cum sua aliquali unctuositate resistunt acuitati urinę.

¶ Istis notatis potes scindere uirgam ꝑ lõgum: & uidebis cãnale predictum cum orificiis: ꝑ que ingreditur sperma, que sunt duo unum a dextris, aliud a sinistris nõ multum distantes a concauitate uesicę: uidebis etiam corpus uirgę cauernosum uel porosum ad instar spongię nõ multum cauernosę sed cõpacte aliqualiter.

¶ De Recto.

Notatis ṗdictis debes reminisci de loco intestini Recti supra dimissi ꝑ anatomia Ani: quod considerabis esse ĩ cõcauitate Aglicuh & terminatur ĩtra Nates ĩ loco dicto Anus, a quo exeũt excremẽta primę digestionis ordine naturali. Eius pars supma tendit ad sinistrum ubi ĩtestino colo alligatur. — Rectum. — Anus. — Situs Recti intestini.

¶ Cõsiderabis ẽt suã q̃titatẽ q̃ patet: & suã figurã: sitũ, & numeꝝ uidisti supra: colligãtiã hẽt cũ corde: cũ hepate & cerebro: cũ uesica in mare, cum Matrice in fœmina.

¶ Cõsidera etiam eius cõplexionẽ, quę est frigida. Ideo est intra nates ne lędatur a frigore.

¶ Deinde seca ipsum per lõgum: & optime lauãdo: notabis eius inuersionem, quę est ab exteriori interius ascẽdens per quatuor digitos uel circa. Videbis.n.sępę terminũ suę ĩuersiõis: & interdũ nõ uidebis: hęc ĩuersio mũdat ipsum a fece, q̃a egerendo rectum aliqualiter descẽdit: & hoc optime uidetur ĩ equis egerẽtibus. — Rectũ ĩuersũ.

¶ Extremitas eius inferior dicitur Anus & podex & Sphicter: & alia multa habet nomina a me recitata in cõmentariis super Anatomia Mundini. — Anus. Podex. Sphicter.

¶ Sua substantia est carnea et pãniculosa, quę cum musculis redditur magis carnosa. In eo est aliqua pinguedo extra uersus, ĩ eo sunt uilli multi lati & longi, pauci obliqui. longi sunt extra & intra, iuuantes expulsionem inferius trahendo.

¶ In eo sunt quatuor musculi: unus est in orificio eius extremo: cuti mixto cũ ipso ꝑ totũ dispersus: qui cõstringit Anum undequaq; quo fit ut stercora integre ab eo mũdetur: est alter musculus magis ĩtra, uersus caput hominis eleuatus, qui habet duo capita et hic cõtinuatur cũ radice uirgę: huius utilitas est extremũ

Causa præcipitationis recti.

Ani arctare: post istos ē unū musculoꝝ par supra alios trāsuersaliter tēdēs: cuius iuuamētū est rectū sursum eleuare, quo mollificato fit Recti præcipitatio extra inter Nates, ad certā distātiā.

¶ In extremitate huius intestini apparent plures uenę, in aliquibus notabiles: in aliqbus occultę, quę dicūtur mariscę & Aemorroidales, paroxismaliter fluentes, quas considera.

¶ Istę Venę oriuntur a Ramis Venę chilis descēdentis qui musculos Ani nutriunt: multi eorum profluuio, uice purgationis utuntur: nec ualde debiles ob id fiunt.

¶ Iuuamēta Ani sunt educere stercora hora debita: sui musculi iuuāt parastata ī emissiōe spmatis ī coitu: cuius signū ē ꝙ sūt aliq coeūtes simul & egerētes: iuuāt etiā uesicā in emissione Vrinę.

¶ Passiones omniū modoꝝ patiť Anus, q̄ oēs sunt dificilis sanatiōis: & īter alias, Recti extremitas sicut & matrix procidit, quā stipticis retro ducimus. Cōdylomata etiā seu Tubercula q̄dam: ficus & etiā fungi īnascūť: Marisca itē & Ragadas seu Ragadię: q̄ ex īflamatiōe oriri solēt. Hos tñ morbos īterdū lasciua lux uris pcacitas: & extuās libido ī utroq; sexu diuerticula q̄ritando: neglecta natura, nō sine ipsius & maiestatis diuinę iniuria facit.

Cōdylomata
Tubercula.
Ficus.
Fungi.
Mariscae.
Ragadas.
Ragadiae.

¶ De Matrice nō prægante.

Isis mēbris in mare in uētre īferiori cōtentis, ad fœminā
u anatomizādā trāseo: in qua uidēda est anatomia matricis. Suorū Testiū cū uasis seminariis et sua uesica.

Vulua.
Matrix.

¶ Matrix q̄ ēt Vulua diciť duas habet ptes. s. Receptaculū: seu sinū, uel cōcauitatē: & ceruicē seu collū: & ē mebrū ad propagationem a natura genitū: substātia sui Receptaculi est neruea, ex neruis ligamenti & carne cōfusa mixta: ideo parū sentit: et unica tunica est cōposita, circūuoluta peritoneo: et est Neruea: ut extendatur in coitibus: & ut aggregeť apud quantitatē paruam in partu. Tota etiā sua cōcauitas mouetur ad centrū in acceptione spermatis: & illud amplectitur et tangit cum suis lateribus.

Ceruix.
Collum.
Vterus.
Venter.
Receptaculū.
Fissura.
Pudēdū muliebre vulua
Os genitale.

¶ Substantia uero suę ceruicis seu colli est lacertosę carnis: quasi chartilaginea cū aliquali pinguedine hñs Rugā supra Rugā: q̄ dāt delectatiōnē ī cōfricādo ī coitibus. Hęc ps ē satis sensibilis.

¶ Sua cōcauitas dicitur Vterus: Venter: et Receptaculū fœtus: fissura quę est in orificio ceruicis dicitur pudendum muliebre & uulua: & natura: & os genitale.

¶ In hac ceruice locatur uirga in coitibus.

¶ Inter ceruicem et receptaculū intrinſecus eſt certa ſubſtantia pellicularis carnea ſatis ſenſibilis : in medio perforata : dilatabilis et cōſtringibilis/os matricis dicta, formā habens capitis mugili: *Os matricis ⁊ ipſius for/ma.* alias Cephali:ſiue Tencę piſcis:ſeu Cati nouiter nati:quę in coi/tibus & partubus et in menſtruis aperitur ordine naturę : in aliis uero temporibus maxime cum pregnans eſt:ſic clauditur ut nec ſubtilis Acus eam ingredi poſſet niſi uiolenter.

¶ Ceruicis figura eſt Oblonga:Rotūda:cōcaua/inuiolata tanta eſt quāta eſt uirga ſecum coeuntis:in uirgine uero eſt minor. *Pāniculus*

¶ Huic circa eius mediū eſt pāniculus uirginalis dictus:ut Rete *virginalis.* cōtextus ligamētis ſubtilibus et pluribus Venis/quo uiolata ca *Eugion.* ret:quia rumpitur in primo coitu cum mare:hic pāniculus uoca/ *Cento. Imen.* tur Eugion et Cento/et Imen.

¶ Extremo ceruicis Additę ſūt a lateribꝰ pelliculę:q̄ ꝑputia dnr̄. *Praeputia.*

¶ Intra ceruicem parum uerſus os pectinis ingreditur collum ue ſicę breue:cuius orificium clauditur a certis paruis additamentis carneis et pāniculanbus : a quibus et a pręputiis antedictis me/ *Mingēdo fit ſtrepitus in muliere.* diante aere fit intermigendum aliquis ſtrepitus.

¶ Figura receptaculi eſt quadrangularis cum aliquali rotundi/tate:inferius concaua ſicut Veſica.

¶ Receptaculo uerſus ceruicem eſt ab utroq; latere unū addita/ *Cornua.* mentum ligamentale dorſo uerſus anchas alligatum cornu lima cę formam habens.Ideo cornua matricis hęc dicta ſunt.

¶ Circa hęc cornua utrinq; eſt unus Teſticulus durior et minor *Teſticuli mulierum.* q̄ in mare/nō perfecte rotundus:ſed ut amigdala compreſſus:in eis generatur ſperma/non groſſum ut in mare: nec calidum:ſed aquoſum tenue et frigidum.

¶ Iſti Teſtes nō habent unicum pāniculum in quo ambo con/tineantur ſicut eſt ſcortū in mare:ſed quilibet habet propriū pā/niculum ortum a peritoneo eos circa cornua alligantes:quilibet eorum habet unum Muſculum paruum a quo mouetur.

¶ Iſtis Teſtibus implantantur Vaſa ſeminaria prędicta/ quę a *Vaſa ꝑparā/tia ⁊ deportā/tia.* chili et ab Aorta et ab emulgentibos deſcendunt dicta pręparā/tia : inde alia uaſa deportantia nominata/continue ſe dilatando uſq; ad receptaculum ubi ceruici unitur tendūt : et intra Matri/cis concauitatem circa os ipſius ſperma ducunt.

Fossule. Cotilidones. ¶ Horũ Vasorũ plurima orificia fossulę & cotilidones dicuntur/ per ea fluũt mẽstrua / ab eis fœtus haurit nutrimẽtũ per Venas & Arterias Vmbilicales fossulis prędictis alligatas.

¶ In fœmina non sunt parastata uasa / nec epydidimũ uas/quia in fœmina uasa mollia sunt nõ ledentia Testes/sicut in mare propter eorum duritiem.

¶ Matrix tota cum suis Testiculis et uasis seminariis est similis mẽbris generationis uirorum:sed membra uirorum sunt completa extra propter suũ calorem expulsa: fœminarũ uero sunt diminuta intra retenta propter suum diminutum calorem.

Matrix ẽ mẽbrũ cõuersũ. ¶ Et matrix est quasi cõuersum instrumentum. Collum.n.matricis est quasi uirga:et eius receptaculũ cum testiculis et uasis ẽ sicut scortum. Scorto.n.inuerso intra ipsum est cõcauitas:et extra ipso etiã inuerso iacent testes et uasa seminaria:sicut receptaculo matricis: Virorũ tamen testes et uasa sunt maiora.

¶ Situs fissurę matricis est inter Anũ et os pectinis/et locus qui Perineon. est inter utraq; orificia perineon dicitur.

¶ Ceruix a fissura per uentrem supra ascendit usq; ad receptaculum:cuius locus est inter Rectum et Vesicam. Hęc omnia sunt in concauitate Aqualiculi per longum sita.

¶ Receptaculi quãtitas in puellis exigua est:et minor sua uesica: nec completur sua concauitas nisi cum cõplemento augumenti corporis:cuius est/in adultis uero (nisi grauida sit) est nõ multo maior q̃ manu comp̄hendatur. Crescit tamen propter mẽstrua: parietes quasi carneos/dẽsos et grossos habẽs/in p̃gnante uero est maxime dilatata et subtilis magis neruea apparẽs:et tũc ascẽdit uersus Vmbilicũ plus & minus secũdũ fœtus quãtitatem.

Tantum due cellulae. ¶ Vnicam concauitatem seu cellulam habet:quę tamen aliqualiter circa eius fundum in binas partitur:ac si essent duę matrices ad unum collum terminatę.

¶ In p̄te eius dextra ut plurimũ alligãt̃ mares/i sinistra fœminę.

¶ Colligatur cerebro per neruos / cordi per Arterias : hepati et mamillis per Venas/Recto intestino per pãniculos/Vesicę per collũ eius:quod est breue nõ penetrans extra sicut in mare : anchis p̄ cornua:sed a cornibus supra:Receptaculũ est undequaq; solutum:& ideo pręcipitat ad latera : et interdũ suũ receptaculũ exit totaliter extra corpus per collum seu ceruicem ipsius.

¶ Numerus eius patet:& forte nõ erręt qui dicit esse duas ma/trices/quia sunt duę cõcauitates:ut duę manus cõcauę se inuicẽ tangentes unico pãniculo coopertę ad unũ cãnale terminatę. Forte duae Matrices.

¶ Et ut aliqualiter tibi satisfacias de sua figura:loco:& situ/uide/as infrascriptas figuras ĩmediatẽ sequentes/ad quas uidẽdas/nõ ueniat qui non est ingeniosus & expertus in lineis & umbra/seu in pictura/quę multũ iuuat medicos & alios multos artifices.Cõplexio matricis innata actuata per influentem est calida & humida.Sua iuuamẽta sunt expurgare corpus a superfluitate sangui/nea naturali:conseruare tamen principaliter speciem.

¶ Potest pati omne genus morbi/sępe procidit:& tota potest extrahi a corpore durante ualitudine:unã Matricem coruptã ego uidi extrahi integre in terra Carpi a genitore meo:quę sanata est & diu uixit.


¶ Ego etiam Bononię extraxi unã aliam integre:quę erat can/crenata Anno.M.D.VII.de mense Maii/quę superuixit sana.

¶ Vnã aliã.s.matricis receptaculũ pcipitatum extra uentrem & coruptum:me pręsente nepos meus ex fratre Damianus extra/xit integre in cętu doctorũ & multorũ scholasticorũ Anno dñi M.D.XX.die.V.Octobris.Ista ultima nomine Gentilis : erat uxor Christophori Brianti de Mediolano/habitatoris Boñ.in cõtrata dicta lo inferno/quę hora ista.1523.decima Iunii est sana: & exercet negotia familiaria:& relatu ipsius & sui mariti in coitu emittit semẽ & hẽt mẽstrua tẽporibus debitis res notatu digna.

¶ Si maiora queris uide cõmentaria mea supra anatomiã Mun/dini:& ibi habebis de matrice pręgnante & alia multa/& hęc sufficiant de Anatomia Ventris inferioris.

¶Habes hic
optimā figu/
ram matricis
cū suis corni/
bus anchis al
ligata/infra q̄
sunt testiculi i
suo loco na /
turali alligati
vasis semina/
rijs/q̄ vasa ter
minantur ad
corpus matri
cis vt vides:⁊
oriūtur supra
matricē circa
regione renū
ab emulgente
⁊ a vena chili:
vt supra dictū
est/⁊ hec ma/
trix est figura
ta magna ac
si esset p̄gnās
in parte cuius
anteriori natu
ra locauit ve/
sicā cum suis
poris vritidi/
bus/⁊ collum
vesicae termi/
natur in collo
matricis parū
supra fissurā/
q̄ dicitur vul/
ua:hec tamē
melius viden
tur anatomi/
zando foemi/
nā p̄gnantem
⁊ etiam nō p̄
gnantem.





Habes in hac
figura tres ali
as matrices/
quarū q̄ est in
medio inuersa
est/i qua in to
to receptacu/
lo sunt circuli
parui indican
tes capita seu
ora venarū/q̄
cotyledones
vocant/ & vi/
des q̄liter col
lū ipsius assi/
mulat virgae
virili. In aliys
figuris nō in/
uersis videre
potes matri/
cis naturalē
figurā cū suis
testiculis & va
sis seminariys
simul & liga/
mētis cornua
libus quibus
alligat ā chis
vides ēt ipsi⁹
collū & os per
qđ exeunt mē
strua & foetus
& ingredit vi
rile semen/in/
fundo matri/
cis ē certa car
nositas ver/
sus os ipsius
elleuata/ qua
mediāte fit ali
qua distinctio
sinus dextri a
sinistro/nec in
matrice repit
alia diuisio
nec aliē cellule
vt putāt aliq.

De Anatomia Ventris medii.

Isis prędictis scinde Vētrem mediū/in quo sunt mēbra
u uitalia:cū quibus etiā anteq̄ uēter supmus anatomizet̄
melioris ordinis gratia uidebis aliqua mēbra partis ante
rioris colli:& aliquas faciei partes intrinsecas et extrinsecas.

Pectus. Cassus. Clibanum. Thorax.

Partes primo uidendę sunt membra Pectoris/quod Cassus: Clibanum & ab aliquibus Thorax dicitur. In eo enim sunt partes continentes & contentę.

Et continentium sicut in Ventre inferiori/alię sunt cōmunes: alię proprię:& alię magis proprię.

Partes cōmunes sunt omnes partes circūdantes pectoris uacuum/quarum alię sunt ante/alię a lateribus/alię posterius.

In isto tamen uētre/neq; in uētre naturaliū mēbrorū/ponūtur partes superiores/neq; inferiores eis determinatę:sicut in uentre supremo:quia partes anteriores laterales & posteriores in uētre naturaliū mēbrorū uniūtur:& faciunt partem eius inferiorem:& pariter faciūt huius uētris superiorē partem. Hic.n.in eius supremo:ille uero in suo infimo loco terminat̄ quasi ī pūcto:& a prędictis partibus hic supra:& illę infra circūdatur. Septū autē trāsuersum seu diaphragma mediat īter istos/& facit partē supremā inferioris uentris/& inferiorē superioris:sed quia septūtrāsuersum est ambobus uentribus cōmune:ideo nō ponit̄ proprie & determinate pro aliqua parte cōtinente prędictoꝝ uentriū:sed auctores ponūt ipsum īter partes cōtentas. Est tn̄ pars cōtenta & cōtinēs: & cōtenta dicit̄/inquātū est intra corporis uacuitatē:& cōtinens est:quia a supiori cōtinet mēbra naturalia:& ab inferiori uitalia.

Sūmū dorsi. mediū dorsi.

Dico ergo ꝙ pars cōmunis anterior & lateralis medii uentris dicitur Pectus:pars uero posterior dicitur summū dorsi:& ponētes collū indorso hāc partē mediā uentris noīant mediū dorsi.

Partes uero proprię/alię etiā sunt ante/alię a lateribus & alię posterius/quę sunt ante/cōmuniter ponūtur tres.s.superior:inferior/& media.

Furcula superior. Iugulum. Clauis.

Superior est locus ubi immediate sub collo cōiunguntur duo ossa utrinq; lateraliter tendētia uersus humeros/dictę duę furculę laterales:& hęc pars uocatur furcula superior/suscipēs nomen a figurā & loco/paruū occupans locū/maxime in pectoris longitudine:& hic locus ab aliquibus dicitur iugulum & clauis.

❡ Subista imediate est pars media/ noie proprie Pectus/sic di/ *Pectus unde dicatur.*
cta/qa pexa est inter eminẽtes mamillarũ partes: & hęc pars est a
prima p̃dicta pte infra usq; prope septũtrãsuersum p longũ: in la
tũ uero est tãta/quãta est latitudo ossiũ pectoris/costis exceptis.

❡ Inferior uero pars/est locus ubi p̃dicta ossa pectoris terminan/
tur circa regionem septitrãsuersi: & quia talia ossa lateraliter ten/
dunt furculã etiã faciẽtes: ideo hic locus dicitur furcula inferior: *Furcula inferior.*
in medio cuius est carthilago scutalis: dicta pomũ granatũ : quia *Pomũ granatum.*
assimilatur parti balaustii.i.floris mali granati.

❡ Partes uero laterales dicuntur costatus: & latera : & mamilla/ *Costatus.*
(rũ regio. *Latera.*

❡ Partes uero posteriores: Alię sunt medię: & alię la
terales/Medię dicuntur interscapiliũ & metaphrenon: & noton: *Interscapiliũ.*
laterales dicũtur scapulę/spatulę/& scapilium: Aliqui tamen uo *Metaphrenõ*
cant laterales cum mediis/metaphrenon/& noton. *Noton.*

❡ Partes uero magis proprię: Alię etiam sunt anteriores/alię la/ *Scapulae. Spatulae.*
terales: & alię posteriores. *Scapilium.*

❡ Quę sunt ãte/sunt primo cutis/pinguedo/aliqui musculi: ossa
& carthilagines: & pãniculus pleura.

❡ Partes uero laterales/sunt cutis/pinguedo/mamillarũ substan
tia/musculi multi: Costę & etiam pãniculus pleura.

❡ Vltimo sunt ptes posteriores.s.cutis/aliqua pinguedo/ muscu
losa caro: & nõ musculosa simplex replens ossiũ uacuitates aliqs:
duodecim sphondyli costarũ siue pectoris: & pãniculus pleura.

❡ Partes cõtẽtę/sunt musculus diaphragma septũtrãsuersum di
ctus: qui secũdũ aliquos est iter cõtenta pectoris numerãdus. in
quãtũ sua principalis opatio est seruire cordi/mediãte suo motu:
per quẽ pulmonẽ mouet. Est deinde pãniculus mediastinus: ca/
psula cordis: Cor cũ sua Aorta Arteria: & Pulmo cum suis uasis:
Vena chilis ascẽdens/Nerui descẽdentes: & ascendentes Reuer
siui dicti/glandula dicta Timũ & Morum/Gula.i.cibi ab ore ad
uentriculũ uia/cũ pãniculis prędicta membra tegentibus.

❡ Substantia huius uentris est pelliculosa/pinguis/ossosa/carthi
laginosa/musculosa: & pãnicularis.

❡ Ossa enim eius nõ sunt unita sicut in capite/sed diuisa/ut pe/
ctus sit obediẽs motui anhelitus: & ideo propter motũ in eo sunt
musculi. Dixit Gal.7.de utilitate : si pectus esset factum ex solis
musculis/illi caderẽt supra Cor & Pulmonem: ut igitur spatium

fiat aliquod intus:simul autem & moueatur totum organũ: Musculi oſſibus alternatim poſiti ſunt.

¶ Hic Venter Pectus dictus / quantitate eſt inſignis/quia ſeruit multis & magnis mẽbris:habet tñ maiorẽ cõcauitatẽ poſterius q̃ ante/initiũ cuius uerſus poſterius/eſt a primis ſpondylis iſra collũ uſq; ad ſeptũtrãſuerſum/q̃tũ cõtinẽt duodecim coſtę:ſed anterius occupat tm̃ ptẽ ꝯtẽtã iter furculã ſupiorẽ & iferiorẽ iclusiue.

¶ In homine Pectus eſt latum/nõ carinatũ ſicut i maiori parte brutorũ:latius tñ eſt in Mare q̃ in fœmina/ad portãdos autẽ fœtus:uẽter inferior eſt in Fœmina maior q̃ in Mare:& pp hoc regio Renũ:Oſſis ſacri/& Ancharũ/in fœmina eſt ualde lata.

¶ Figura/& numerus/& ſitus pectoris patent/ ſed eius cõcauitas interior eſt ſimilis cõcauitati ſemi Oui oblique per latũ icisi : cuius pars magis acuta eſt uerſus collum :eſt etiam ſimilis ungulę Bubalinæ/ ſicut eſt pulmonis figura.

¶ Colligat cum toto corpore/ complexio eius eſt ſecundum ſuas partes:Sua complexio innata actuata p influentem eſt calida: iuuamenta eius ſunt cuſtodire cor & pulmonem principaliter.paſſiones omnium modorum patitur.

¶ De Mamillis.

Mamille. Rumae. Papilla. IN parte anteriori pectoris uerſus latera/ ſunt duo membra rotũda Mamille a ſua figura nomen ſumẽtes ab antiquis Rumę dicta/in medio cuiuſlibet eorũ/eſt unum tuberculũ paruũ quod Papilla dicitur:per quę ifans papat/circa quas eſt circulus / qui eſt rubricetus ſeu roſetus & interdũ nigri/

Fös. cans/Fos gręce dictus/ſubſtãtia quarũ / eſt ex Venis/Arteriis: & neruis.Inter quas eſt uacuitas/quã replet caro glandoſa alba ſenſu carẽs:& propter ſuã albedinẽ / quãdo morat in eis ſanguis albificat & fit lac: & Mamilla cõuertit ſanguinẽ ad albedinem &

Quid Lac. facit lac ſicut hepar ꝯuertit chilũ ad rubedinẽ:& facit ſanguinẽ. Vnũ quodq;.n.eorũ/cõuertit humiditatẽ in eo cõtentã ad ſimilitudem ſuam/in natura & colore: huius ſanguinis albificati:una pars nutrit Mamillas/alia eſt lac:et hęc eſt ſuperfluitas utilis.

¶ Ad mamillas ueniũt deſcẽdendo a regione aſcellarũ circa coſtas/ſuę Venę et Arterię: et etiã a regione pectinis ueniũt Venę per abdomen / quas ſeruaſti ſuperius / iſtę Venę et Arterię optime apparẽt in corpore demacrato/ in pingui uero occultę ſunt.

ſed optime uidentur in fœtu/trium uel quatuor menſium.

¶ Numerus Mamillarũ/& quãtitas patet:ſunt tñ maiores ĩ fœ/mina q̃ in mare/ propter lac generãdũ/ ſuus ſitus/eſt in pectore: quia eſt latũ/nõ carinatũ/ in quo poſſunt locari cõmode: & etiã quia ſuperfluitas mẽbrorꝫ ſupiorũ nõ trãſit in crines/nec in den tibus:nec ĩ cornibus:ut ĩ brutis. Colligãtur cerebro per neruos: cordi per arterias/hepati & matrici per Venas: a matrice tamen ſuſcipiũt maiorẽ partẽ ſanguinis / ex quo fit lac/ideo lactãtes nõ hñt mẽſtrua /niſi raro & pauca: & nõ mẽſtruãtibus tẽpore debi to/tumẽt Mãmę/ tument etiã & dolẽt Mãmę/parũ ante tẽpus mẽſtruorũ:quia matrix & Venę ſecũ alligatę ſunt plene.

¶ Iuuamẽta earꝫ/in mare ſunt ad decorem:& ad tutelã mẽbrorꝫ pectoris:& reuerberãt calorẽ ad cor: & iterdũ in mare fit lac pro pter abundãtiam nutrimẽti/ maxime ĩ habẽte magnas & fortes Mamillas. In fœmina etiã habẽt prędicta iuuamẽta:ſed principa liter ſũt pro lacte generãdo:ut nutriat̃ eo nouiter natus:uſq; quo poſſit deglutire cibũ ſolidũ:& lac eſt proportionatũ nutrimentũ nouiter nato/ quia ſit ex ſanguine a quo prius nutriebat̃ in Ven tre. Paſſiones omniũ modorũ patiũtur.

¶ De Muſculis Pectoris:

u Iſis & notatis prędictis/potes excoriare cutem totius pe ctoris/relinquẽdo Muſculos in loco ſuo/& ſcindere Ma millas:ut uideas eius ſubſtãtiã/ maxime carnem/in qua ſunt Venę & Arterię per totum diſperſę:& uidebis Papillas ha/bere plura foramina exigua ualde/a quibus exit lac/ad quę fora mina:ſecundum aliquos terminãtur extremitates Venarũ prę/dictarũ/per quę exit lac:& ſecũdum alios/lac exit a ſpongioſita/tibus carnis Mamillę terminatis ad foramina papillę:& non a ue nis immediate:utrũq; eſt poſſibile. Unde exeat lac.

¶ His uiſis/notabis in pectore multos Muſculos/qui mouẽt pe/ctus uoluntarie:q̃uis etiã pectus naturaliter moueatur.ſ.ad mo/tum cordis & pulmonis/ut in noſtris cõmentariis diximus/quo rũ aliqui ſunt exteriores/alii inter coſtas/& alii intra pectus.

¶ Exteriorũ/duo ſunt ſub furculis ſuperioribus/ cõtinui cũ coſta prima/qui ad caput ſpatulę tendũt:& cum iſtis unitur unũ aliud par:cuius unũquodq; ipar/ eſt duplans primũ par:& faciens ipm in duas partes/pars cuius ſuperior cõtinuatur collo:& ipm mo/

uet/ inferior uero pectus mouet:& hoc par/cōtinuatur cum uno pari / quod est cōtinuum cum quinta & sexta.costa.

¶ Postea est Aliud par in cōcauo spatularum cōtinuatū cum uno pari ueniēte a sphōdylis usq; ad spatulas:& isti oēs sunt sicut unū par: qui ꝯtinuātur cum costis posterioribus.

¶ Postea est aliud par/ortū/a/ sexto sphondylo colli: & a primo & a secundo superiori sphondylo pectoris / ꝯtinuatum eisdem costis:& isti Musculi sunt oēs dilatātes pectus.

¶ Postea est unū aliud par/sub radicibus costarum supiorum exten sum:qđ descēdendo unit cū suis extremitatibus uni pari/qđ ē circa furculā iferiorē/ꝯtinuatū cū musculis lōgis abdominis/ supra qđ par/sūt duo paria/q̄ ipm coopiūt:& isti oēs ꝯstringūt pectus

¶ Musculi uero itra costas/sunt dilatantes & ꝯstringētes/inter se differētes in ope: & hi qui sunt inter costas:inter costam & costā sunt quatuor: scilicet Musculi duo uersus exterius/& duo uersus interius /quos leuiter sepando cognosces per incessum suorum uil lorum/primi duo superiores/habent ullos transuersales:& dilla/tāt pectus. Secūdi uero iferiores hn̄t uillos latos:& sūt ꝯstrigētes.

¶ Musculi uero intra pectus/est solus unus.s. Diaphragma seu se ptūtransuersum/qui cum quiescit/ꝯstringit pectus/per accidens tamē:& cum mouet/dilatat illud/motus tamē diaphragmatis/est compositus ex uolūtario & naturali.

Quot sūt musculi pectoris.

¶ Numerus quorum in totū est/centū & quinq; musculi/ exceptis Musculis p̄dictis dorsi & colli.s.duo primi sub furculis superioribus:& duo alii ꝯtinuati cum quinta & sexta costa. Postea Musculi duo a ꝯcauo spatularum uenie͂tes ꝯtinuati costis posteribus / postea duo a sexta sphōdyli colli:& a prima & a secūda pectoris eisdem costis ꝯtinuati.& isti sunt octo in totum/omnes dilatantes. Sūt etiā totidē ꝯstrīgētes/excepto diaphragmate/qđ ēt dilatat.

¶ Et de ꝯstringētibus primo sunt duo sub costis superioribus:& duo circa furculam inferiorem/supra quos/sunt quatuor alii eos coopetiētes/qui oēs simul cum diaphragmate:sunt decē & septē. Postea sunt inter. xxiiii.costas.xxii. spatia:& pro quolibet spatio sunt quatuor Musculi/ qui sunt in totū inter costas.lxxxviii. & simul cū .xvii.p̄dictis/faciūt numerū centū & quinq; musculorum.

¶ Sed ut ista omnia bene uideātur:excoriādę sunt etiā spatulę:& dorsum:& primo uidebis Musculos exteriores/secūdo musculos

inter costas. Diaphragma uidebitur inferius loco suo: hęc tamen latius a me sunt dicta in cõmentariis super Mundinum.

¶ Aduerte lector ꝙ motus pectoris sunt quatuor .s. expiratio uiolenta/ & inuiolenta: & inspiratio inuiolenta: & etiam uiolenta: quibus obediunt Musculi prędicti.

¶ In motu inuiolento inspirationis/ seruiũt Musculi iter costas dilatãtes pectus/ seruit etiã ei motus cordis & pulmonis. Dum.n. diaphragma mouet̃/ trahit pulmonẽ: qui ut clibanũ aere replet̃: adiuuãte motu cordis dilatatiuo: & pectus dilatat. Istũ motũ adiuuãt etiã duo primi Musculi: q sũt iuxta furculas sũpiores: & iste motus ẽ mixtus ex uolũtario & naturali: naturali tñ uincẽte.

¶ Ad uiolentam autem inspirationẽ concurrũt cũ prędictis oẽs alii Musculi pectus dilatantes/ simul cum diaphragmate: & iste motus est etiam compositus ex naturali & uolũtario/ uolũtario superante/ stante ualetudine cordis.

¶ Ad motum autem inuiolentum expirationis/ cõcurrunt (leuiter tamen) Musculi interiores costarũ: & omnes alii Musculi constringentes/ sed principaliter hic motus est naturalis/ quia fit a corde & a pulmone/ ad expirationis uero uiolentum motum/ iuuant/ cor & pulmo/ sed principaliter iuuant omnes musculi cõstringentes pectus: & etiam Musculi Abdominis.

¶ Ex prędictis patet colligantia Musculorũ pectoris/ & figura: situs & quãtitas & eorum substantia. Numerus est dictus. Complexio sua est calida & humida: iuuamenta dicta sunt. Passiones omnium modorum patiuntur.

¶ De Ossibus Pectoris.

OSsa pectoris nõ sunt unum continuũ sicut in capite: sed plura cõtigua/ ut possit dilatari/ quę sunt ante & a lateribus/ proprie sunt ossa pectoris: sed quę sunt posterius: sunt magis appropriata dorso/ ossa pectoris lateralia/ a latinis di- Costa.
cuntur costę/ dictę gręce ab aliquibus pleura & chondros: Nu- Pleura. Pleuron.
mero sunt .xxiiii. duodecim in quolibet latere/ de quibus decem Condron.
inferiores ab utroq; latere quinq;/ gręce Rhoas dictę: aliis sunt Rhoas.
breuiores: & secundum aliquos parum ossosę/ sed carthilagineę/ quę a latinis mendosę et incompletę dictę sunt: superiores uero completę et integrę sunt: et uocantur uerę Costę/ quę in quolibet latere sunt septem: quibus continuatur utrinq; os pectoris

prędictum: quod os in medio est durũ: & uersus costas carthilagineum. s. q̃ inter os pectoris & costas est carthilago.

¶ Hoc os secundũ aliquos/est ex septẽ ossibus cõpositũ/quibus utrinq; uniuntur septẽ costę uerę: & secundũ aliquos alios est ex quindecim. s. septẽ in quolibet latere: & unũ in medio: & secundũ alios est ex. xxi. s. ex septẽ in medio: & utrinq; ex septẽ carthilaginibus/qbus uniũtᷣ costę uerę. Anno tñ. 1523. i anatomia publica: una costa uera apparuit duplex/ubi ossibus pectoris iũgebaᷣ.

¶ Sua figura ẽ lunata. Sua substãtia: & q̃titas: & situs patẽt. Costę colligãtur duodecim primis sphõdylis ĩfra collũ: & ossibus pectoris p̃dictis: & pãniculis eas tegẽtibus. Sua cõplexio frigida est & sicca. Sua iuuamẽta patẽt. Passiões omniũ modoꝝ patiũtur.

¶ Suã Anatomiã optime uideres: si in uno indiuiduo eis solis uacares/nõ habendo respectum mẽbris spiritualibus.

¶ De Pleura Pãniculo.

Pleura. I Nter mẽbra cõtinẽtia/ponitᷣ pãniculus ĩmediate costis & ossibus pectoris hęrens/q dicitᷣ Pleura/cuius substantia est neruea/dura & subtilis a qua oriũtur pãniculi mẽbra in isto uẽtre ĩmediate tegentes. Sua figura est plana/extensa per totũ in circũferẽtiis pectoris: & etiã circa diaphragma uersus suũ superius extẽditur per totũ ipsi firmissime hęrens. Sua quãtitas ex p̃dictis patet/occupat totam cõcauitatẽ pectoris: excepta certa parte anteriori eius/quę occupata est a mediastino.

¶ Numerus/& etiã situs: & colligãtia: & sua cõplexio patẽt. iuuamẽta sunt uestire & tueri mẽbra pectoris: & ligare sua ossa iuicẽ: & mediare ĩter ossa & mẽbra ꝯtẽta ĩ pectore/ne molle ledaᷣ duro ualde. Passiões omniũ modoꝝ patiᷣ. Istũ pãniculũ nõ uidebis p̃fecte/nisi ĩcidẽdo costas apias pectus eo mõ quo ĩfra diceᷣ.

¶ De septo trãsuerso seu Diaphragmate.

D Isis partibus cõtinẽtibus/cõtenta occurrũt: & primo est uidendus Musculus pãnicularis diaphagma dictus. Secũdo pãniculus Mediastinus. Tertio pãniculus Capsula & receptaculum cordis dictus. post ista mẽbra/uidebitur Cor: & residuum contentorum in pectore.

¶ Dico ergo quod intra corpus/inter uẽtrem Imũ & Mediũ/est certa substãtia pãnicularis & carnea: dorso circa duodecimũ sphõdylum alligata/quę dorso ante uersus alligaᷣ semp extremitati/

bus costarũ mẽdosarũ usq̃ quo terminetur & alligetur extremo furculę inferioris pectoris:& sic diuidit mẽbra naturalia a uitalibus:& hoc mẽbrũ nominat̃ Septũ trãuersum:& Paries:& Phrenes:& Diaphragma:quod est musculus & non pãniculus:fungitur tamen officio pãniculi in tuendo Cor & membra superiora a uaporibus olidis eleuatis a mẽbris nutrimenti/sua pars carnea est ad extrema eius:& sua corda est in eius centro pulmoni unita:quia habet cum tali situ/illum mouere. Septũ trãsuersum. Paries. Phrenes. Diaphragma.

¶ Huic uersus superius/per totũ alligatur Pleura:& eodẽ modo inferius Siphac est ei alligatus/perforatur uersus dorsum/a chili Vena ascendẽte/a qua in ipso/una a dextris/alia a sinistris/remanent duę Venę ipsum nutriẽtes/perforant etiã ipsum uersus dorsum Aorta Arteria descẽdens:& Gula seu Meri/quę uersus uẽtrem inferiorem alligatur Ventriculo immediate.

¶ Sua figura/& quãtitas patet/sua substãtia/& colligantia/& situs dicta sunt. Alligatur tamen per paruas Arterias cordi:& cerebro per tria paria neruorũ/quorũ duo ueniunt a Nuca:& unũ a cerebro/& isti apparent interdum notabiles.

¶ Sua cõplexio ẽ calida & humida. Iuuamẽta sua sunt pro pte dicta Gal.tñ dixit i ipso esse originẽ respiratiõis & omniũ uiriũ corporis:& hęc iuuamẽta ipse inuenit primo. Iuuat etiã in expellẽdo a Vẽtriculo/& ab ĩtestinis/& a Matrice aliq̃ sua ꝯtẽta:ꝓuocat ẽt risũ:secũdũ aliquos mouẽdo mẽtẽ ꝑter uolũtatẽ i titillatiõibus.

¶ Passiones omniũ modorũ patitur:sua solutio est lętalis.

¶ De Mediastino.

Post Anatomiã diaphragmatis occurrit pãniculus mediastinus:sic dictus/quia diuidit cassum pectoris secũdũ lõgũ p mediũ:Gal.uocat ẽt ipsum cooptoria descẽdentia & Aui.pãniculũ mediũ:ad quẽ uidẽdũ:primo a dextris & sinistris separa ossa pectoris a costis:taliter ne ledas cõtenta in pectore:sepa etiã diaphragma ante uersus ab ossibus pectoris:& uidebis istũ pãniculũ/ab imo ad summũ:& ab ante retro diuidere pectus. Sua substãtia ẽ pãnicularis:sua figura/& quãtitas patẽt:situs est dictus:numero sunt duo pãniculi/uersus anterius notabiliter distantes/habẽtes in se notabilem uacuitatem/sed uersus dorsum apparet unus solus:colligat̃ pleurę/a quo secũdũ aliquos oritur:colligatur etiam diaphragmati:& dorso/& pulmoni me/ Mediastinus. Cooptoriũ descendens. Pãniculus medius.

diãte pãniculo a pleura orto/colligaẽ etiã meri teste Auic.& etiã ossibus pectoris:colligatur ẽt cerebro p̃ neruos/cordi p̃ arterias: hepati per Venas. Sua cõplexio est frigida & sicca/sua iuuamẽta sunt diuidere pectus & pulmonẽ per mediũ/ut si contingat uni parti nocumẽtũ/ne ꝯtingat alteri:tueẽ etiã furcas sup̃iores:ab eo etiã fit cõseruatio caloris cordis. Passiões omniũ modoꝝ patiẽ.

De Capsula Cordis.

Isis prędictis/debes eleuare ossa anteriora pectoris sepa u rãdo ea a parte ãteriori pãniculi mediastini : quẽ dimitte in loco suo usq; quo uidisti Anatomiã pulmonis. Eleua etiã utrinq; costarũ sũmitates/ut locũ amplũ habeas pro aliis uidendis:& in ista sectione bene cõsiderabis ossa pectoris: & etiam pleura:totũ tamen diaphragma in loco suo ubi potes p̃mitte alligatũ:maxime dorso:ut uideãtur nerui ad eũ ueniẽtes a superioribus:& ut uideatur gulę siue meri cum ipso colligantia.

Istis eleuatis/ uidebis pulmonẽ/in medio cuius ẽ unus pãniculus mediastino alligatᵘ:q ẽ durus & grossus/ut melius tueaẽ Cor ab extrinsecis:figura cuius ẽ sicut est cõtentũ ab eo uiscus/cor nominatũ/qui cõcauus est:& similis marsupio:& dicitur capsula: & pericardia ĩ quo ẽ cor ipsum / & aqua ĩ notabili quãtitate / ipsum irrorans & prohibens ne exsicceẽ a forti calore/quę si exausta sit cardiacus morbus efficiẽ:quo aial ad tabẽ p̃duciẽ:ut cõtingit Simię Gal. hęc capsula est ualde sensibilis:& forte cõpletiue primo genita corde: Substãtia/situs/figura:& iuuamẽta sua dicta sunt: Numero est unus:quãtitas patet:colligatur radicibus pãnicularibus cordis/& pleurę/& mediastino/et diaphragmati:per pelliculas suas:hepati per Venas/Cordi per Arterias:Cerebro per neruos. Sua cõplexio innata est frigida et sicca:influẽs uero calida: quia cordi proximus: Passiones omniũ modorum patitur.

Capsula pericardia.

Simia Gal.

Prędictã capsulã/et mediastinũ/et diaphragma dimitte ĩ loco suo usq; quo uidisti Anatomiã neruoꝝ descẽdẽtiũ:qui descẽdẽdo ad uẽtrẽ ĩferiorẽ/mittũt ramos ad p̃dicta mẽbra:ut diceẽ infra.

De Corde.

Ost Capsulam Occurrit Cor:in cuius Anatomia et pul p monis: et etiam aliquarum capitis et colli partium propter ipsorum artificiosam compositionem et operationem uberius procedam.

¶ Cordis enim dignitas aliis particulis prȩualet. Omnium enim mēbrorum est principalissimū: et dicitur sol microcosmi. Alia enim membra suo spiritu illuminat. Huic enim ē prȩcipuus calor/pal pitat certe et quasi animal motum habet; Ideo nascentibus pri mum in utero formari fertur: Deinde cerebrum et hepar/ tardis sime uero (ut aliquibus placet) oculos: sed hos primo mori/ cor uero ultimo: solū hoc mēbrum uitiis nō maceratur: nec supplicia uitȩ substinet: sed lesum notabiliter illico mortem affert: et cȩteris corruptis uitalitas ī eo durat: et propter hoc nō decolaẗ animal: in cuius corde repiaẗ nocumentum sicut est in aliis particulis.

Sol micro/cosmi. Cor primo formatur. Cor ultimo moritur.

¶ Aīalia.n.quibus cor paruū est/ audatia sunt: pauida uero sunt qbus ē pergrande/ut proportiōe Muribus/Lepori/Asino/Cer uo: et oībus timidis/ aut propter metum maleficis: magnū tamē cor multo spiritu pollens/audaciores cȩteris reddit.

¶ Hirto corde nasci quosdā homines fertur: et hi sunt aliis auda/ tiores fortioresq: ut ī exēplo est Aristomenes Messanius qui.ccc. occidit lacedemonios: et ipse conuulneratus captusq / tandem per uulpiū cauernā fugiens euasit: iterū captus / audax aufugit: tertio laqueis apprȩhensus/ lacedemonii pectus dissecuere causa uitilitatem eius uidendi/hirsutūq cor eius repertum est teste Pli nio. Cor item ē omnibus animalibus septūtrāsuersum et sangui nē habentibus teste Aristo.ii.de hyst.cap.xv.in aliquibus tamen pre sua exiguitate cerni nequit.

Corde hirto aliqui.

¶ Situs cordis in medio pectoris est intra pulmonem/homini tā tum cum sua ima parte ad leuam papillam declinat / ne obuiet ossibus pectoris/ nō carinatis ut ī brutis: sed in latū cōpssis.

¶ Figuram habet pyramidalem/gibbam tamen/nō talem prin/ cipaliter: quia sit calidum ignis sequēs formam: sed quia est mix tum perfectū animatū possidet formam operi suo cōpetentem:

Cordis for/ma.

¶ Sua summa pars qua supriora petit et dorso alligaẗ lata est: et hȩc pars est nobilior aliis partibus cordis/quia mediantibus duo bus orificiis arteriarū sinistri lateris ab ista parte ueniētibus ꝯser uatur uita aīalis: Ima uero ī acutū se colligit/exitq pene in mucro nem: et in anteriora est eminens.

¶ Sua pars etiā gibba supiora pectoris spectat: et est talis formȩ: ut sua fabricatio supior & inferior sit bona: et nō sit in ea supflui/ tas apta impedire suū ꝯtinuū motū / et ut in eius cuspide sit agre

gatum ad pũctum unum/ut illud quod leditur tactu ossium: sit minus partium eius/ut minorem suscipiat lesionem.

¶ Sua substãtia est ex carne simplici ubiq; solida / habet autẽ sub mucronis & partẽ eius sinistrã spissioris carnis/ut spiritũ ibidẽ locatũ ꝯseruet:& ut sua grauitate eqpolleat põderositati sãguinis i dextro uẽtriculo ꝯtẽti/cuius pietes sũt leuiores sinistri uẽtriculi.

¶ In suis cauis sũt ligamẽta plurima alba carũculis multis ibidẽ existẽtib9 & pelliculis siue ostiolis uenę chilis & arteriosę uenę alligata.

¶ Cor etiam subtili firmaq; inuoluit mẽbrana cum pinguedine quadã / quę ipsius substantiam & calorem conseruant Corroborantq;:& exsicari ipsum prohibent.

Auriculae. ¶ In sũmo eius ubi dorso hęret/sunt duę pelliculę rugosę & cõcauę dictę auriculares/q̃ sũt domiciliis seu uẽtriculis eius/dextro.s. & sinistro unitę/eius spiritũ & sãguinẽ supfluẽtẽ tãq̃ bonus oeconomus accipiẽtes & ꝯseruãtes/& postea ĩ necessitatibus reddentes/in quarũ dextra sanguis in sinistra uero spiritus & aer seruãt.

¶ Istas auriculas ordinauit natura/ut sanguinẽ ac aerẽ extrinsecus uenientem/spiritũq; uitalem interdum in corde superfluentes susciperent/supplentes uices magnitudinis cordis/per quam occupasset aliorum membrorum sibi uicinorũ loca.

¶ Sua etiã magnitudine fuisset graue motui ineptũ: & sępe etiã si esset magnũ ualde: propter spiritus & sanguinis penuriã esset uacuũ:& cõsequẽter debile/ut est in timidis aialibus magnũ habentibus cor.s.proportione sanguine & spiritu uacuum.

¶ Eius radices sũmo ipsius sunt alligatę/quę solidę sunt ac durę & quasi carthilaginę/ut sup his sit agilis suus cõtinuus motus.

¶ In corde etiã sunt Inuli multiformes & diuersimode locati/ut continuos & fortes substineat motus: qui sunt naturales: & non uoluntarii:& ideo in eo non est lacertus aliquis.

Uena nutriẽs Cor. ¶ In sũma pte eius p exterius / est una uena a chili orta oblique uersus mucronẽ undeq; ad minima se ramificãs/q̃ ipm nutrit.

¶ Ibidem etiam sunt duę pulsantes uenę/ortę ab aorta per exterius discurrentes/una est eodem situ quo est non pulsans prędicta/quę ipsum uiuificat: Alia in sinu dextro spargitur:& ei uirtutem uitalem affert:sanguinem etiam ibidem cõtinue intrantem concoquit et uiuificat:et ista mediãte:per chilim hepar in suo gibbo euentatur:et uitalitatem propriam conseruat.

¶ Sinū triplicem seu cauū alias domiciliū uel uētriculū possidet: dexter est sinistro maior:& sinister usq ad extremitatē suę cuspidis peruenit. Dexter aūt sub illo modicū finitur loco.

¶ Inter istos:ē paries densus & spissus/a Gal. diaphragma dictus: ī quo sunt foramina plura parua/ a dextro sinu in sinistrū tendētia/ latiora a quo/q̄ ad quē:ista foramina dilatātur dū abbreuiaṫ & aperiṫ Cor: & ꝯstringūtur dū elōgatur & cōstringiṫ/ hinc sanguis subtiliatus & pręparatus a dextro in sinistrum meat / ubi in spiritum uitalē complete mutatur. Paries ī corde dicitur diaphragma.

¶ Hęc orificia/a medicis habetur pro sinu medio: istū sinū teste Auic. Gal. uocat foueā & meatū:& nō uētrem / ut sit receptaculum nutrimēti quo nutriṫ cor: quod nutrimētum est spissum forte:simile substātię ipsius:& ē minera spiritus generati in ipso a sanguine subtili:& subdit ꝙ tēperatior sanguis est in medio uentre:

¶ Dexter uero sinus/ī eius summo duas habet uenas/una quarꝫ culus tunica simplex ē / est cęteris uenis maior/a iecinore ueniēs chilis/& cōcaua:& audax ascendens dicta. & hęc per grādis est. quia oībus aliis uenis intra cor & extra sanguinē tribuit:ab eis nihil suscipiens:& ideo plus de sanguine in cor ducit q̄ reducat. Est etiā pergrādis: ut pluries multum fluentem & refluentem contineat sanguinem:& ut eum breui spatio cordi afferat:ut concoqui possit commodius ab eo. Chilis. Concaua. Audax ascendens.

¶ Hic sanguis sic coctus tripartiṫ/una pars ex subtili bilioso minor cęteris ad pulmonē nutriendum uadit.

¶ Altera prędicto maior & subtilior per diaphragmatis ꝑdicti foramina ad sinistrū ubi spirituaṫ sinum tendit.

¶ Reliquū uero eius/nō sic subtilis: & quod etiam longe plus cęteris est/pluries in dextro sinu ingressum & egressum :ut integre coquatur & uitalitatem suscipiat/ per eādē chilim ad omnes animalis particulas transit:& eas nutrit.

¶ Auicena tū ponit quartā partē in uentre medio/ quā dicit esse temperatam:sed hęc est oculis meis incognita/ forte ꝙ in pariete medio cordis penetrat sanguis eū nutriens: sed breui spatio transit in substātiam nutriti/ quia ibi nō est sanguis extra uenas iudicio meo/ nisi in uentre dextro & sinistro.

¶ Huius uenę certum orificium/cordi terminatur/dum cor dilataṫ & trahit sanguinē apitur:& dū cōstringitur eū expellēdo

clauditur:sed nõ integre/quia pro parte remanet apertum. Ideo semper in eo tanq̃ thesaurũ & caloris minerã natura retinet aliq̃ feruentis sanguinis portionem/qui denuo aduenientem sanguinem in sui naturam mutat ei se uniendo.

¶ Et hoc orificiũ aperitur & clauditur a tribus pelliculis nerueis: seu ligamẽtalibus/quarũ color est albus ad parietes p̃dicti sinus p ligamẽta alba & solida/suis extremitatibꝰ supioribus alligatis.

Ostiola vene chilis & Arteriose vene sũt solida/sed incõplete clau/dunt Cor.

¶ Iste pellicule ostiola noiata/aperiuntur ad intra sinũ integre: cedentes sanguini intranti:& claudũtur ad extra/nõ integre tñ. Et iste pellicule solide & dure sunt: pariter & pellicule arteriose uene:ne i magnis & cõtinuis cordis motibus eis aduentat disruptio:qa alligãtur i suo sũmo ligamẽtis eas cõtinue extẽdẽtibus.

¶ Pellicule uero aorte artetie/& uene arterialis/sũt istis minꝰ dure/qa p ligamẽta aliq̃ nõ extẽdũt:& iõ disruptiõis timore carẽt.

Uena Arte/rialis.

¶ Alia uena ad pulmonẽ uadit/huius nomẽ ẽ uena nõ pulsans: siue quieta. Dicit etiã uena arterialis:& dicta ẽ uena/quia portat sanguinẽ ad pulmonẽ nutriẽdũ: & dicta est Arterialis quia duas possidet tunicas/ut sit fortis & cõpacta propter sanguinem biliosum & subtilem in ea manãtem:& ne rũpatur propter eius cõtinuũ motũ:in cuius orificio sunt tres pellicule/siue ostiola/intra sinũ se integre claudentes:& extra se apiendo:exeũti sanguini cedẽtes:in dilatatione cordis claudũtur integre/ne sanguis ad pulmonem regurgitet:in cõstrictione uero aperiũtur:& herẽt parietibus uene/nec alibi ut prime per ligamenta sunt unite.

Ostiola C formia.

¶ Harũ substãtia est pãnicularis: Sua figura est similis uacuitati que est in littera. C. ideo uocantur ostiola. C. formia. Habẽt etiã illam formã circularem quam habet unguis humanus/que pellicule cum sua parte circulari alligantur corpori uene.

Aorta est Sexcupla ad venam.

¶ Sinister uero sinus aliis nobilior (quia ei primo famulãtur dexter & medius:et etiã pp cõtẽtũ spiritũ aliis p̃ualet) i eius summo duas habet uenas:unã magnã chili p̃dicta nõ multo minorẽ:q̃ ẽ uelut stipes ad totũ corpus distributa/& hec est pulsans:& bitunicalis/cuius spissitudo teste Erophilo/ẽ sexcupla ad uenã:& hec dicit arteria aorta/& magna:cuius tunica interior durior est exteriori/qa obuiat pcussiõi & substãtie spiritus/cuius itẽdit custodia.

¶ Ista ad totũ animalis corpus uitalem spiritum ducit: & illud in uita conseruat. Per istam.n.arteriam dicebat Gal. omnia mẽbra

pulmone excepto/inſpirant & expirant/ne eorũ uitalitas ſuffoce
tur:ueneę autẽ/uelut repoſitoria cibi ſunt / diaſtolari neq; ſyſtola
ri indigentes:& ideo eorum corpus/eſt ſubtile/poroſum & lene.
Pulmo autẽ iſpirat & expirat propter motũ cordis & pectoris.

¶ Hęc Arteria ſeu Rami ſui raro ſunt ſine chili ſibi ſocia:& Aor ta aſcendẽdo parũ ſupra cor bipartit̃/una pars obliquatur infe/ rius & deſcendit/quę in pectore & in imo uentre uſq; ad pedes a ſe multas emittit fibras:& eorũ mẽbra uiuiſicat. Sub iſto Ramo inferius obliquato/aſcẽdũt a ſiniſtris nerui uocis/qui dicũtur re/ uerſiui:& hic locus dicit̃ flexor & girgilus / de quo alibi dicetur. *Aorta deſcendens & aſcendens* *Flexor.*

¶ Alia ps aſcẽdẽdo circa pulmõis ptẽ & glãdulã timũ/ſũmũ pe ctoris/brachia/collũ & caput/ac eoꝝ ptes uitalitat & ſpũ replet. *Girgilus.*

¶ Et ſemp illę Arterię/q̃ ſunt alligatę uenis/p multos poros ſiue fibras paruas inuicem uniũtur ſeu coaſtomãtur : & uena imbibit arteriã:& ecõtra arteria imbibit uenam:& a Vena in arteriã trã ſit ſanguis:qui ibidẽ ſpirituoſat̃ i neceſſitatibus:& ab arteria in ue nã trãſit ſpiritus uitalis cõcoquẽs ſanguinem eius:& ipſum cõſer uans in ſua uirtute: Tunicę etiã earũ nutriũtur & uiuiſicãtur ab earũ cõtẽto:& hęc arteria ſupra cor ẽ minor q̃ ifra teſte Gal.xvi. de util.c.xi.& facta ẽ talis qa a corde ifra ſunt plures aĩaliũ parti/ culę q̃ ſupra ipſum:& tãto ẽ maior hęc arteria deſcẽdens aſcẽden te p dorſuʒ/quãto & multitudo iferioꝝ particulaꝝ excedit ſupio res/& in hoc cognoſcit̃ nõ parua nature iuſtitia/uena chilis de/ ſcẽdẽs debet etiã eſſe maior aſcẽdente propter eandẽ cauſam. *Arteria Aorta ẽ maior ſupra cor q̃ infra.*

¶ In huius pulſantis uenę orificio quod auritiũ dicitur : ſunt etiã tria oſtiola.C.formia/eo tempore & eodẽ modo ſe aperientia & claudentia/quo aperitur & clauditur uena arterialis. *Auritium. Oſtiola. C. formia.*

¶ Alia eſt in iſto uẽtriculo uena nõ pulſans/ſed qeta/arteria ue/ nalis dicta:& dicta eſt arteria/quia portat & reportat ſpiritũ ſiue acrem ad cor:& a corde ad pulmonẽ/a quo extra pectus mittit̃: & dicitur uena/quia ſimplicem tunicã poſſidet / in huius orificio ſunt tantũ duę pelliculę/ſeu oſtiola:eiſdẽ modis alligatę:& incõ/ pletę:ac ſe aperiẽtes & claudentes in cordis dilatatione & cõſtri/ ctione quibus faciũt oſtiola in orificio uenę chilis exiſtẽtes. Hęc etiam arterialis uena / plus ad cor portat de aere q̃ extra ducat/ quia ex ſanguine & aere ab ipſo introducto / ſpiritus generatur uitalis:qui per Aortam ad omnes aĩalis particulas tranſit. *Arteria venalis.*

¶ Et vt tibi melius satisfacias. habes hic tres cordis figuras/ in quibus potes cognoscere Uenā chilis ꝛ Aortā Arteriā ꝛ alias cordis venas ꝛ aliq̄s alias ipsi⁹ partes.

¶ Habes in hac figura duas cordis formas: i quibus vides vētriculū dextrū/ in vna quaꝫ videtur vena chilis cordi vnita/ i cuius orificio cū ingreditur cor: sunt tria ostiola pellicularia alba aligata substātiae cordis p certas fibras vt vides ꝛ hec ostiola non perfecte aperiūtur nec claudūtur vt supra patuit. In alia figura habes tria ostiola L formia q̄ etiā sūt in ventriculo dextro cordis in orificio vene Arterialis: q̄ portat sanguinē pro nutritione pulmonis.









¶ Uides in hac figura partem ventriculi sinistri: in quo vides duo ostiola arteriae venalis / q̄ integre nō claudūtur vt supra patuit / ⁊ causa dicta est / in secūda habes cor diminute aptum / in quo vides. Auriculā dextrā ipsi seruientem / ⁊ vides qualiter vena chilis cordi vnitur / vides ⁊ ramos aliquos notabiles vene nutrientis cor q̄ per exterius substātiā ipsius ingreditur.

¶ Habes in
hac pagīa cor
dis figurã/ in
qua vides i si
nistro ventri/
culo tria ostio
la C formia q̃
claudunt inte
gre tempore
debito orificiũ
Aortae Arte/
riae/ ⁊ ecõtra
aperiuntur in
cordis constri
ctione / vides
etiam Aortã
ascendentẽ/ ⁊
vides quali/
ter bifurcat: ⁊
vnus ramus
ipsius descen/
dit/ sub cuius
reflexione ner/
uus reversiu⁹
sinistri lateris
supra flectitur
tãq̃ corda su
per rota: ⁊ hic
locus appella
tur Sirgilus:
Uides etiam
in hac figura
Auriculã sini
stram ipsius
cordis..



¶ Ex p̄dictis/cordis figura colligātia & cōplexio ac eius iuuamē/ta patent. Sua quātitas est cōspicabilis: Numero est unū: licet iā sit repertum cor simii habere duo capita prodigiose tñ: fertur etiā in paphlagonia bina perdicibus corda esse. Et potest accidere omne genus morbi: illos tamen non patitur si diu durant.

¶ De Pulmone.

u Iso corde occurrit pulmo/flabellū/& uentilabrū/latine dictus/& grece pneumon. Hic.n.est spirandi artifex/& aeris officina: unde alitur anima sicuti cibis corpus/hic circa cor/pectoris cōcauū replet quinq; suis penulis/siue lobis: quarū duę sunt a sinistris: & tres a dextris magis: ex istis tribus: una est aliis minor/dorso hęrens quasi ī medio/q̄ paruas habet fistulas: sed nullum fere motum: & hęc est culcitra ascendenti chili: & iuxta istam penulam uersus superius est etiam certa adenosa caro: quę est simul cū predicto lobo culcitra seu stragulū prędi/ctę uenę: & hęc caro est notabilis magnitudinis & ab auctoribus uocatur Morum & Timū: et a uulgaribus nominatur Animel/la et lacticiniū: et est in cibariis usitatis saporosi gustus/maxime illa quę reperitur in Vitulis et hedis lactantibus. Pulmo. Flabellum. Ventilabrū. Pneumon. Lobus. Penulae. Culcitra. Stragulum. Morum. Timum. Animella. Lacticiniū.

¶ Pulmonis substantia/mixta est ex carne rara/leui/leni et ru/bea ad albedinem declinans/similis sanguinis coagulatę spumę: et ex tribus uasis seu fistulis: p oēs eius partes irretitis: eodē modo quo in hepate sunt rami uenę chilis & portę: hęc cōpositio/est fa uo mellis et etiā spōgię similis: ideo est sanguinis et aeris capax. Est.n.pulmo ceu quoddā p̄rōptuariū aeris ad cor/ambobus mo tibus/dilatatiōis uidelicet et cōstrictiōis famulari aptus.

¶ Sua quidē caro rara est: ut in eo cōtinue multus sit sanguis et aer. Multitudinē sanguinis indicāt duo uasa/in ipso/illū cōtinen tia/q̄ in pulmone sunt maiora q̄ in alio mēbro sibi pari/corde ac hepate exceptis/in quibus uasa sanguinem continentia/maiora sunt/nō pp se qdē: sed quia oibus mēbris spm̄ et sang. tribuūt.

¶ Hic sanguis in pulmone est multus/qa pp motū cōtinuū re/soluit ex eo abūdās copia/cui multitudo resistit cōtinue: et ē sub tilis: ut cito ad oēs pulmonis penetret ptes ad eū nutriendū. Et etiā subtilis/ut leuis sit/ne grauitate ipediat pulmonis motū.

¶ Multitudinem etiam aeris in ipso semper esse indicat animalis longa in aqua absq; suffocatione submersio: et longę ac continuę

uocis et flaminis emissio/ab acceptiõe noui aeris impediens/aut cum quis eũ abhorret propter fœtorẽ uel alias causas. Hic tamẽ aer in submersiõibus et in fœtoribus prędictis cõseruatur in ore et in faucibus:adiuuãtibus Tonsillis cum suis pelliculis.

¶ Huius aeris cõtinue attracti iuuamentum est ut ab eo prius alterato cor refrigeretur et cõtemperetur in necessitatibus: et etiã ut euentetur cor ne suffocetur:eius etiam utilitas est ut ex ipsius nõ modica parte generẽtur spiritus pro esse et bene esse necessarii:et iuuamentum expulsionis aeris attracti superfluentis calidi et fumosi/est ad introitũ aeris minus calidi/in pulmone prius et in mẽbris per quę meat alterati.

¶ Hic fumosus aer tãq̃ superfluitas spiritus adusta per pulsantem uenam in trachee ramis pellitur in cordis constrictione: et hinc postea adiuuante pulmonis systolatiuo motu/per tracheam et per nares et os exit ab animali.

¶ Aer uero ingrediens ad cor alterationis habet initium/in naribus:in ore/in faucibus:in trachea & i Ramis ipsius:dispersis in pulmone pari ordine quo nutriens ex cibo & potu habet in ore in gula & uentriculo/ac hepate.

¶ Pulmonis .n. in aere alteratio cõparatur hepatis alterationi in chilo/ab hepate.n.ex chilo fit sanguis:qui integrã in corde cõcoctionem suscipit/a pulmone uero pręparatur ex aere spiritus/qui uere in corde uitalis fit/hic supiora petens/in mirabili rete seu in minimis arteriarũ ramusculis iuxta cerebrum iterum alteratur: inde cerebri intrans uentres integre uere animalis spiritus efficitur/qui lucidus/leuis & purus/est spiritus.

¶ Caro etiã pulmonis leuis est/ne ipsius motũ impediat: est etiã lenis:ut eius uasa a ruptura tueatur:& est rubea clara/ad album declinans/propter aeris dominiũ super illud:quo nutritur:& etiã propter eius frigiditatem.

¶ Hanc pulmonis substantiam uelat pãniculus rarus ex pluribus mẽbranis a suis fistulis/& a pãniculis pectoris enascentibus: quo mediate sentit.

¶ Pulmonis fistulę sunt tres/una ipsarũ/sicut & alię/semper minuendo/ad oẽs eius partes usq; ad inuoluẽtem pãniculũ inclusiue/a farynga seu epiglottide p partẽ anteriorẽ colli gulę unita descendit/hęc est dura:& semper aperta:ac etiã aliis maior:& est ex

pluribus carthilaginibus cōpoſita/quarum ꝗlibet una eſt iuxta aliá per pánicularia ligamēta unita:& hęc uocatur trachea:& aſpera arteria:& laringa:& brōchiū/ſuę carthilagines in pulmone inte/ gręſunt:& etiá ánulares:in collo uero ſunt incompletę:&.C.for/ mes: A ſua magnitudine & figura/iudicať i carū ſcreatu an ulce ra ſint in pulmonis partibus extremis/uel mediis/uel in collo. Trachea. Aſpa arteria. Laringa. Brōchiū.

❡ Inter has carthilagies:& i tota trachea itra & extra ē pániculus medię ſubſtātię pfecte circularis:faucib⁹ & ori alligat⁹: i quo ſūt uilli/tracheá elōgātes & abbreuiātes/i pulmōis & ipſius trachęę

❡ Huius pániculi iuuamētū ē etiá has carthilagines (motibus. tueri ab extraneorum ingreſſu:& egreſſu:eſt etiá uocis lenitiuus.

❡ Hęc fiſtula nō ſanguinē: ut alię:ſed ſolū aerem ducit/per hanc etiam ſolam extranea in pectore contenta expurgātur: ingreſſa ipſam tempore dilatationis pulmonis per pániculū Rarū ipſum inuoluentem. Ideo fit ad os/& extra ſaniei ac aliorum extraneo/ rum:non moleſtato corde expulſio.

❡ Hęc fiſtula etiá inter alias ſitum medium poſſidet: A dextris eius eſt uena quieta/a ſiniſtris uero uena pulſans. Pulſans tamen in anteriora extra Cor immediate pulmonis ſubſtātiam ingredi tur/ne propter eius motum(quia ſubtilis eſt) ſoluatur: Non pul ſans uero uena/quia bitunicalis eſt & ualida/nō immediate pul monem ingreditur/ſed circūdans prius tracheam in poſteriora tendens pulmonem etiam intrat.

❡ In hoc ſolo uiſcere non ſine cauſa pulſans uena cum non pul/ ſante ſubſtātiá & cōtentū cōmutauit. Nō pulſans.n.uena arteria lis dicta:in aliis mēbris ſimplex/i pulmone bitunicalis eſt.primo ne rūpatur/pp eius cōtinuū motum/ſecūdo ut etiá ſanguinem ſubtilem cōtineat/pulmonis carnem & etiá tracheā cibantem.

❡ Pulſans uero uena arteria uenalis dicta ſimplicis eſt tunicę/in motu agilis/ut breui ſpacio dilatationi & cōſtrictioni ſeruiat/hęc aerē ad cor ducit & educit/in iſta ē etiá ſpirituoſus ſanguis: ut ali quibus placet/etiá pulmonē nutriēs/magis tū eū uitalitās:ſui ra mi uniūtur/ſeu coaſtomātur cū ramis trachęę:p quos pulmo cor di aerē dat/cor uero nō ingratū uitá ei & nutritionē donat.

❡ Huius uenę rami adeo anguſti ſunt:ut per eos nō penetret ad tracheā ſanguis: Et ideo aeri ſunt peruii/& ſanguini inuii/qui ſi notabiliter aperiātur/ab eis ad tracheam fluit ſanguis:& forte:ut

aliquibus placet/ a ramis nõ pulsantis uenę/etiã in tracheã fluit sanguis/quo fit sanguinis sputum / absq; pectoris uenarum solu/tione: Vena tamen pulsans ad hoc magis apta est.

Vnũquodq; prędictorũ uasorũ / in primo pulmonis ingressu in quinq; diuiditur ramos per omnes eius partes semper minuẽdo: & ramos multiplicãdo:duo sunt ĩ sinistris:& tres a dextris/quorũ minor cęteris/ad paruũ lobum/ in dextro magis dorso hęrẽtem uadit/qui ut supra diximus/stragulũ est ascendẽti chili.

Pulmõis figura ẽ bubalinę ungui similis:Numero aliq putant q sint duo membra ĩ unum unita:taliter q apparet unus pulmo cum quinq; lobis:similes ĩ duas diuisus partes:ut lesa una:altera firma maneat:ĩ posteriori longior est q̃ ante/septi trãsuersi sequẽs situm:Numero est unus/ipsius quãtitas/situs: & colligantia pa/tent:Sua complexio ẽ calida/ex parte sui contenti & loci:accidẽ taliter tamen propter flegmata in eo existentia ponit̃ frigida:sua iuuamenta sunt pręparatorie & latorie seruire cordi:seruit etiam anhelitui & uoci/pariter & loquele:& suus paruus lobus famula/tur ascendenti chili. Passiones omnium modorum patitur.

De Anatomia aliquarũ partiũ colli & uenarũ pulsantiũ. & quietarũ ab hepate et a corde ascendẽtiũ usq; ad caput & manus inclusiue.

u Isis p̃dictis in partiali sectione primo occurreret trachea & epiglottis & etiã gula. Hęc tamẽ de p̃senti nõ possunt bene uideri nisi prępona͏̃t aliquarũ colli et faciei partium anatomia:quibus uisis de prędictis fiet sermo. Expedito igit̃ pul mone:ipsius aliquã supremã partẽ carneam pro uidẽdo troncho trachee arterię reliquũ deponendo serua / excepto quinto ipsius lobo/qui dorso hęret. Serua etiã certã glãdulã sibi propinquam: q̃ mor̃ et timũ uocat̃: ut super his uideatur situs chilis et arterię ascedentis:qbus hęc duo mẽbra sunt stragulũ. Cor etiã: et ipsius capsulã/ac pãniculũ mediastinũ : et uentriculũ simul ac septuũ trãsuersum seruabis in locis suis propter alia de eis inuestiganda.

Istis seruatis melioris ordinis gratia primo de collo sermonem aggredior : et dico collum esse mẽbrũ organicũ nobile et ualde necessariũ homini pp mẽbra in eo p̃tẽta/quod teste Aristo.3.de

Collũ quid & propter quid.

partibus cap.3.est factū pp tracheā pulmoni seruiētē & pp gulā.
❡ Sed Gal.9.de iuuam.cap.1.dicit ꝙ est principaliter pp pulmo/nē/quoniā carētia collo carent pulmone:ut pisces/subdit tamen ꝙ collū est uia illoꝝ mēbroꝝ q̄ descēdunt ex supiori ad inferius: & illoꝝ quę ascendunt ex inferiori ad superius:quę descēdūt sunt nerui/gula/aliqui musculi & nuca: Ascēdētia uero sunt uenę pulsantes et quietę:& nuca cōtinetur a sphondylis:ut fit tutta a nocumētis extrinsecis:& illud uacuū quod est iter partes uenarū & arteriarū implet̄ p glādulas ibidē existētes:& oia ista custodiūtur a cooptoriis et ligamētis:deinde oia tegūtur cute:& illud quod cōponitur ex oibus istis est collū/quod ē positū propter cānam pulmonis/per quā fit uox & anhelitus/collū etiā i aliquibus animalibus est loco manus/quia capiunt cibum ex terra adiuuāte collo propter longitudinē suorū pedū. Huiusmodi uero collum principaliter nō est nisi propter cānam pulmonis:& ipso mediāte ad brachia & ad palmas & ad diaphragma & ad alia membra duce nuca tendunt nerui/& ideo propter originem neruorū fuerūt positi sphōdyli inter pectus & caput/ex qbus cōponit̄ collū: hęc Gal.qui tamen nō dicit an trachea ascēdat uel descendat: & quāuis dicat gulā descēdere forte quod etiā ipsa ascēdit/nec suus descēsus pōt probari magis quā ascēsus:neqꝫ tracheę:quia manifestū nō habēt ortū/sicut uenę:& arterię:& sicut nerui.

❡ Dicamus igitur collū de presenti summi pro illa parte/super qua substinetur & uertitur caput/q̄ seruit uētri supmo/medio:& etiam inferiori mediātibus neruis a cerebro & a nuca descēdentibus:cuius situs est ante a furculis supioribus pectoris:& posterius a supremo sphōdyli costarū:& a lateribus ab humeris supra usqꝫ ad os capitis:basilare dictum:& cōmuniter pars ipsius posterior ceruix dicitur:de qua alibi fiet sermo. Anterior uero uocatur collum:& ab aliquibus Guttur: & quia hoc mēbrū est principaliter propter tracheā/ipsa erit nobilior harū partiū:propter cuius nobilitatē anatomia colli est secū ponēda:& quia tracha ē pars pulmonis:q est de principalioribus partibus uētris medii antedicti: Ideo anatomia colli de p̄senti uenit cū anatomiā uētris medii. Trachea.

❡ Hęc pars trachea noiata a multis dicit̄ Guttur/& farynga:licet farygnę/secūdū aliquos sint uenę quę itumescūt in magnis uocibus:& istę uenę a Celso granges & fragitides dicūtur:& ab aliqui Guttur. Farynga. Granges. Fragitides.

Sic sphagitides.
Gui dez.
Apoplectice.
Somni.
Pensiles.
Spermatice.
Iuueniles.
Iugulares.
Organice.
Fagotides.
Carotides.

bant sfagitides:et istę uenę apud arabes uocātur guidez: et apo
plecticę et somni:et ab aliquibus pēsiles/et spesmaticę/et iuueni/
les/et iugulares/et organicę:et a Gal. in libris de utilitate partiū
uocātur fagotides qa sunt iuxta uiā cibi:et ab aliqbus carotides si
ue somni. Celsus tñ solas arterias ibidē existētes uocat carotidas
a caros dictę/ꝙ ē somnus/qa ut plurimū secūdū aliquos/i ramis
istarū arteriarū fit oppilatio causans somnū et etiā apoplexiā.

¶ Et istarū uenarū / utrinq; est una imediate sub cute/quę cō/
muniter dicitur guidez manifesta:utrinq; etiā infra aliquos mu/
sculos notabiles colli:est una uena q̄ quę dicitur guidez occulta et
profunda:quę arterię carotidę est socia.

¶ Istis arteriis et uenis profundis utrinq; associatur unus neruus
notabilis magnitudinis/qui dicitur descēdens / a quibus utrinq;
oriūtur reuersiui/de quibus omnibus parum infra fiet sermo.

Iugulum.
Gula.
Clauis.
Clidas.
Clidia.

¶ Pars etiā anterior colli ab aliquibus dicit̃ iugulū:et ab aliqui/
bus gula/ licet male/quia gula est uia ciborū et potuū;et iugulū
est ea pars/quę est imediate supra furculas supiores pectoris:Ali
qui tñ uocāt furculas pdictas iugulū/et clauē/et clidas/et clidia:
harū furcularum extremitas uersus spatulas dicitur Epomis:alte
ra uero pars uersus medium pectoris uocatur parassagis.

¶ Notatis prędictis/ occurreret post cutem anatomia musculoꝝ
mouentiū collū & caput/sed nō possumus ipsoꝝ habere inuesti/
gationē integrā/nisi destruat̃ istoꝝ neruoꝝ uenaꝝ ac prędictarū
arteriaꝝ anatomia.Ideo super his ponat̃ silentiū:remittēdo legē
tes ad Gal.ad Auic.& ad alios auctores. Hi.n.musculi sūt multi
numero & diuersimode locati:& ideo essent cum diligētia uiden
di :ad inuestigationē quoꝝ ipsis solis esset uacandū:quia cū diffi/
cultate anatomizātur:& pp hoc Gal.xii.de util.partiū.c.viii.ubi
loquit̃ de istis musculis/ dicebat. Pręexercitari cōgruit diligēter
eū/qui studet certitudinaliter assequi ea quę hic dicitur.Dicit ēt
ibidē/ꝙ solus sermo nō sufficit i anatomia/sed requirit̃ tactus &
uisus.Et ideo ad p.dictoꝝ auctores fit refugiū/quia soli collo & ca
piti esset uacādū/in quibus sunt musculi multi/tam circa sphon/
dylos quā alibi/qui in cōmuni anatomia uideri nō possunt.

¶ Capiti.n.mediante collo cū suis ossibus & musculis sunt multi
motus / quoꝝ aliqui teste Auic.prima primi sunt proprii capitis
& aliqui cōes ipsi & quinq; sphondylis colli / per quos est motus

cōpositus ex declinatione capitis & colli simul / & isti motus aut curuāt anterius/aut posterius/aut a dextris/aut a sinistris: & iter ipos est motus cōuersionis seu circūductionis:& isti musculi sunt multi / quoniam multiformis est eorum positio: & magni quia magnos & fere continuos habent motus: & ideo Gal.ubi supra dicebat ipsos undiq; circūdare caput/quod mouent ad quācūq; partem uolueris illud declinare: De numero ipsorum est discor/dia inter Auic.& aliquos sibi socios contrariantes.

¶ Relicta igitur ipsorū partiali inuestigatione/cutem a lateribus colli scinde/denudando laterales & anteriores musculos/supra quos imediate sub cute notabis uenā guidez manifestā: quā ser uasti illesam/seca deinde illos musculos magnos ab auribus de/scendentes oblique usq; ad furculas superiores uersus mediū pe/ctoris/sub quibus utrinq; est una glādula interdū maior uni q̄ al teri:ad formā quasi amigdalę:quę est replens loca uacua ibidem inter uenas & arterias iuxta inferiorē partem epiglottidis existē/tia.Et ideo ęquatrix partiū colli dicitur:quas etiā humectat in ne cessitatibus:Notabis etiā sub istis glādulis utrinq; unam uenam guidez notabilē:& pariter unā arteriā sibi sociā/quę dicūtur oc/cultę/& apoplecticę/quarū noia multa superius dicta sunt.

¶ Iuxta prędictas arterias & uenas notabis etiā utrinq; unū ner/uū/pluribus uillis cōpositū:hi nerui uocanť descēdētes:& ab his oriūtur nerui reuersiui/de qbus infra fiet inuestigatio pulchra. Nerui descendentes.

¶ Istos neruos/& ramos arterię pdictę:& utrāq; uenā; occultā.s. & manifestam / serua usq;quo uidisti uenas & arterias a corde & ab hepate ascēdentes usq; ad istū locū:ad quas uidendas opator circa regionē gibbi hepatis iterum reuertatur:& ibidem notabit magnum truncum uenę chilis ascendentis/quę in suo ascēsu pri mo perforat septū transuersum: & ibidem utrinq; plures emittit uenulas/quarū duę/septū trāsuersum cibant/alię uero/costas in feriores:& membra sibi uicina nutriunt. De venis & arterijs ascendentibus.

¶ Eius uero pergrandis ramus ascendens usq; ad cor unde quasi solutus/sine arteria sibi socia tendit:& per istum ramum: hepatis gibba pars euentatur:& forte uiuificatur.

¶ Hic ramus tripartiť/unus quorū aliis satis minor / circa cordis radices igrediť:& p substātiā ipsius dissēminať:& ipsam nutrit. Vena nutriēs Cor.

Chilis vena i Cor.

¶ Alter aliis maior/domicilio cordis dextro unitur & ei copiosis sime sanguinem affert.

Uena Arte/rialis.

¶ Ab isto ramo secundum aliquos illa uena/ quę pulmonem nu trit dicta arterialis trahit ortum: de his tamen uenis aliqua dixi/ mus in cordis sectione.

Morum. Timum.

¶ Tertius ramus ex prędictis/q̄ etiã insignis est/acordis regione etiã supra ascendit / sub quo est certa caro glãdosa dicta morũ & timũ:& hęc simul cũ quinto pulmonis lobo:qui dorso hęret ut su pra diximus est culcitra prędicto ramo ascẽdenti usq; ad supmã pectoris furculã/ubi in duos hęc uena partit̃ ramos:a dextris & a sinistris trãsuerse uersus spatulas tendentes.Isto etiam modo ma gna arteria dicta Aorta ascẽdens/ tendit trãsuersaliter uersus spa tulas : & ut melius uideas istas uenas & arterias depone furculas superiores:Caute tamen ne membra sibi uicina soluas.

¶ Istis expeditis/p̄dictas uenas & arterias uidere debes:notando primo:q̄ harũ q̄libet in duos ptit̃ ramos/ unus quorũ tã uenę q̄ arterię utriq; p collũ uersus caput ascẽdit / a quibus oriuntur oẽs uenę colli guidez dictę:quas seruabis postea melius uidendas.

¶ Alter Ramus etiã utrinq; in quinq; diuidit̃ partes / unus eorũ nutrit supiores costas:& unus spatularꝫ locũ:& un⁹ musculos sub mersos colli/& unus penetrat in sphondylis colli supioribus/& in de ad caput trãsit:& istos ꝯcomitãtur rami pulsantis uenę.

¶ Alter ramus oĩbus p̄dictis quinq; maior ad ascellã tẽdit: & hic in quatuor partit̃ ramos:eorꝫ unus in musculis supra pectus loca tis qui spatulas mouent spargit̃ / & unus ingredit̃ in carne laxa : & i certis pãniculis ascellarꝫ/& unus trãsit a supmo pectoris circa mamillas descendẽdo uersus abdomen:& hic secũdũ aliquos nu trit ipsas:& pro pte eis portat materiã lactis:& hic i abdomine co pulat̃ (ut alibi diximus) cum uena ascẽdente ab inguinibus & a matrice ad mamillas & de isto ramo Gal. xiiii.de util.c.viii.loq̃t : dicẽs q̄ a thorace tẽdũt uenę ad hypochondria & ad totũ epiga strũ & copulãtur uẽnis/quę ab iferioribus ferũtur ad matricẽ col ligãtiã habẽtes:ut q̄n in matricibus auget̃ aĩal : illi irrigent nutri mẽtũ quo nato rursus mamillas iflant / qua propter nõ ꝯtingit mẽstrua fieri bene & lactare simul.

Uene nutrien tes mamillas ꝛ portantes materiã lactis

¶ Alter uero ramus predictis maior in tres utrinq; partit̃ ramos: unus tẽdit ad musculos qui sunt in spatulis:& unus ad musculos

ascellarꝫ: alter uero ꝑdictis maior tēdit ꝑ partē domesticā versus adiutoriū: & hinc ad paruā manū uadit/hic ramus uocatˀ ascellaris/& basilica/q phlebotomatus i pectoris morbis cōfert ꝑꝑ suā colligātiā propinq̄ ad ueras costas & ad totū pectus: hęc etiā uena dicitˀa uulgaribꝰ: uena hepatis/qa ē ipsi ꝑpingor q̄ cephalica. *Ascelaris. Basilica. Uena hepatis.*

¶ Inter durã matrẽ et os baſilare in regione ĩ crutiationis neruo/rũ opticorũ ubi eſt collatoriũ antedictũ/aſcẽdunt p os baſilare duę notabiles arterię: una ẽ a dextris alia a ſiniſtris: ut ſupra pa/tuit in cap. de Aorta aſcẽdẽte/ a quibus ut dicũt cõmuniter Au thores ſupra os immediate ſub dura matre efficiũtur multi ſubti liſſimi rami:inuicẽ mirabiliter unus ſupra aliũ uniti inſtar retis: occupantes ante/retro et a lateribus magnũ locum.Deinde ex iſtis multis ramis iterũ enaſcũtur duę arterię ſimiles primis/a qui bus efficiũtur prędicti parui rami: et hę duę uenę poſtea iterum factę magnę ſupra craneũ aſcẽdunt ramificate uſq; ad uentres ce rebri: ipſis portando ſpiritus ſubtiliatos in iſto Rete mirabili. Rete mirabi/le ſecũdũ opi/nionẽ cõe3.

¶ Et iuxta iſtud Rete aliqui dicunt eſſe duas glãdulas ipſum ſub ſtentãtes:et dicũt iuuamẽta iſtius Retis eſſe: ut ibidem cauſetur ſpiritus uitalis ſubtiliatio: ut melius ad minima diuiſus alteretur: et efficiatur animalis:et forte ut ex uaporibus a cibo eleuatis:et a cerebro condenſatis inferius cadentibus:ſui minimi rami facilius oppilentur:et ſomnũ cauſent. Iuuamẽta re tis mirabilis.

¶ Istud tñ Rete ego nũq̃ uidi:& credo naturã nõ opari per plu/ra id quod põt p pauciora/sed natura põt subtiliare hos spiritus in minimis ramis arteriarũ ascẽdentiũ supra durã matrẽ hęrentẽ ossi basilari:& per piã matrẽ usq; ad cerebri centrũ ascendẽtes:ergo nõ datur ibidẽ inter durã matrẽ & os basilare hoc Rete/multas alias rationes super hoc dixi in cõmẽtariis super Mũdino/ad quos breuitatis causa remitto legentes:& inter alias rationes experientia sensualis est mihi Auriga:& si datur hoc Retę est supra durã matrem ĩmediate ĩfra cerebri medullã ex q̃bus arteriis minimis ibidẽ fit certa mẽbrana continua & similis pię matri/in ramis cuius subtiliat̃ spiritus uitalis & fit animalis : & sic subtiliatus trãsit ad uẽtres/mediãtibus p parte uermibus cerebri añ dictis.

¶ De Naso.

Visis prędictis occurreret sermo de osse basilari/sed quia ipsius anatomia/maxime de suaꝝ partiũ numero:ab authoribus ponit̃ diuersa/& etiã quia hoc os melius speculat̃ i cœmeteriis/q̃ i cõi sectiõe. Ideo de ipso sermonẽ pstringo:remittẽdo huiꝰ artis cupidos ad cõmẽtaria nostra:& ad cœmeteria.

Nasus. ¶ Dicamus ergo aliquid de naso/q de p̃senti capit̃ pro parte illa p̃cipua eminẽti/q̃ a supciliorꝫ cẽtro ęquali porrecta iugo utrãq; aciem discernit & munit:huius mẽbri partes inferiores laterales:

Alaria. Alulae. Gal. uocat alaria alter alulę dicũtur/sua pars supior ab aliq̃bus

Lepor. dicitur lepor & summũ nasi/inferior etiã lepor & imũ nasi/pars

Colũna. media exterior ẽ dicta colũna:& ipsius interna pars diuidẽs dex

Diaphragma. trã partẽ a sinistra uocatur diaphragma:septũ porrectũ:& intersi

Septũ porrectũ Intersiniũ niũ nasi:& aliqui uocãt nasi inferiora foramina nares:& uia a nari

Nares. bus p supra palatũ ad fauces ab Auic. quinta tertii uocatur Cha

Uexꝫ Rete mirabile. iasim/sed de pręsenti a nobis cauernositates supra palatũ in osse basilari locatę nares uocãtur:in quibus supfluitas cerebri humida trãscolata ingrossatur/de qua aliquid diximus supra.

¶ Nasi substãtia est ex cuti/musculis/carthilaginibus:& ossibus: & pãniculo tegente ossa sua. Sua cutis est taliter musculis eius unita/q, sepati nequit/nisi difficulter. Sua pars anterior & iferior est carthilaginea:superior uero ossosa. Sui musculi sunt duo parui : duri tamen/unus est a dextris/alter a sinistris uersus inferius magis/quia ambo oriuntur a pomis mandibularum: & mouent

Alae nasi. alas nasi:ad quam partem uult homo.

¶ Post musculos sunt tres carthilagines/una in medio:& duę la/ terales: quę sunt molliores media / quę dura est satis/ ut teneat nasum (quem diuidit intra per medium) rectũ & firmum. Carthilagies

¶ Ossa nasi sunt duo triãgulata: frõti cõtigua/uersus angulos lachrymarũ pforata foraminibus paruis: a qbus humiditates ĩ oculos:& ab oculis in nasum:& a naso in ore penetrare possunt:& pp hoc gustatur sapor medicinarũ positarũ in oculis a lingua. Ossa nasi.

¶ Et os frontis in directo nasi est perforatũ ut cribrum: ut seruiat pro odore: & ut p ipsa foramina exeãt humiditates sup fluę a cerebro:trãseũdo prius p foramina/q̃ sunt in suis pãniculis circa carũcularum mamillarium loca. Colatoriũ in fronte.

¶ Ex prędictis uisa est nasi substantia: Numero est unũ mẽbrum: diuisum tamen in duas partes ad interius:ut si una pars ledatur: altera firma sit: sua figura/quantitas/situs & colligantia patent. Sua complexio ponitur frigida & sicca. Sua iuuamenta sunt ad decorem & ad ducẽdũ & reducẽdũ aerem ad pulmonẽ: ducũt etiam materiam/per colatoriũ ad cauernas ante dictas missam/ extra se/quę cauernę dicũtur de pręsenti nares. Colatoriũ. Nares.

¶ Passiones omnium modorum patiuntur: & sua solutio facili/ ter cõsolidať / in sui inferiori extremo interdũ applicãtur sanguisugę:ad saphati et ad id genus/ Sua propria passio ẽ lesio uirtutis odoratus:q̃ ipsi potest cõtingere principaliter ꝓpter oppilationẽ factã in foraminibus existẽtibus in osse basilari ĩ directo prędictarum carũcularum mamillarium.

¶ De Palpebris.

Palpebrę a palpitãdo genę etiã dictę/ sunt pellicule oculos tegẽtes oibus notę. Sua substãtia ẽ ex carthilagine & mẽbrana /cũ minima & forte ut aliquibus placet: cũ nulla parte carnea: exceptis ipsarũ musculis:& ẽ carthilaginea:ut ĩ ipsa pili figãtur:q̃ stãt recti:& duri: ut melius tueãť oculos:hi di/ cũtur cilia:a celandis oculis:est etiã carthilaginea/quia melius resistit extrinsecis:& ut stet erecta qñ apiť /quia si esset pellicularis: deprimereť faciliter:& cute tegitur propter tutelã & decorem. Palpebræ. Gena. Cilia vnde.

¶ In superioribus palpebris sub cute sua: est mẽbrana a picranio orta:quę intra flectiť suam inuoluẽs carthilaginem extra & intra usq; ad tunicã corneã:cõiunctiua mediãte tegente musculos oculi: & in inferioribus simili modo est mẽbrana orta a membrana

pomorũ faciei ossa tegẽte:& isto modo uidetur quod cõiunctiua tunica oriatur etiã a pãniculo tegẽte ossa iferiora faciei:in multis tñ indiuiduis ẽ aliqua caro/cũ aliquibus uenarꝫ fibris imediate supra prędictũ pãniculũ/quę (palpebra inuersa) sensui patent/a quibus uenis aliis causis coadiuuãtibus/fit in oculo:ungula/& sebel: & uerucarũ genus:& alii aliqui oculorum morbi.

Tarsum. ¶ Circa istã carthilaginẽ quã Gal. uocat Tarsum:est aliqua pinguedo humectãs palpebras necessitatis cã:ne exsiccẽtᷓ pp motũ suũ fere cõtinuũ:Supiores solę mouẽtur/iferiores uero minime.

¶ Et utrinqꝫ suus motus est ex tribus musculis teste Auic.quorũ unus apit:qui est in medio palpebrę:duo uero alii sunt in angulis oculorũ/qui claudũt:Gal.tamen.x.de util. cap.9. nõ uidetur ponere nisi duos musculos:quorũ unus dicitur eẽ in angulo uersus aurem/quem dicit apire:si solus moueatur/& alius in angulo nasi/quem dicit claudere/si etiam solus moueatur:& si ambo equaliter mouentur/non magis palpebra clauditur q̃ apiatur:&

Curua palpebra. hęc semi clausio uocatur ab Hipp.curua palpebra/quę infert in morbis malũ inditiũ:& etiã Gal.ibidẽ cap.x. dicit ꝙ nũq̃ cognouit musculũ ꝑdictũ ad angulũ nasi locatũ/qa uidit ibidẽ magna applicari cauteria propter fistulas:& tamen adhuc remãsit motus in palpebris/qui nõ remansisset:si esset ibi musculus.

¶ Et asserit.xi.de util.cap.14.ꝙ cutis musculosa frõtis:& pomorũ faciei suo motu sufficit ad clausionẽ & aptionẽ palpebrarũ:& aliqui addũt cũ iuuamẽto musculorꝫ. Arist.tñ secũdo ꝺ partibus aĩaliũ.c.15.dicit palpebras moueri nõ uolũtarie:sed naturę instinctu:mihi tñ uideᷓ:ꝙ habeãt motũ propriũ & cõem : cõis ẽ a motu frontis & pomorꝫ faciei:proprius uero est a suis ꝓpriis musculis/qui habẽt suos neruos ãnexos palpebris & musculo mouẽte frontẽ:& musculis tẽporalibus & pomorũ faciei/utrũ aũt isti nerui ueniãt a nucha/an a cerebro sensu nõ ꝑcipitur. Inquit tamen Auic.quod in sola palpebra supiore sunt musculi/quia sunt propinquiores suo principio.s.cerebro/qui sunt parui:& aliqui dicũt ipsos esse sine cordis/de situ quoqꝫ aliqui inter se sunt discordes.

¶ Et palpebrę iferiores teste Auic.nõ mouentur:quia motus superiorũ sufficit ad ꝑfectã clausionẽ & apertionẽ ipsarꝫ ad inuicẽ: & iferiores sunt minores supioribus:& oculis magis cõiuncte/ne pp magnitudinẽ & sepationẽ ipsarũ ab oculis:aggregarent in se

lippitudinem:& lachrymas:& alia extranea/teste Gal.x.de util.

¶ In substátia palpebrarũ ĩ quolibet angulo/seu cátho uersus na sum:sunt duo foramina parua sensibus manifesta:unũ in superiore palpebra/aliud in ĩferiore:p quę exeũt lachrymę:& ĩ isto angulo sunt carnes spõgiosę:q̃ ĩtra se tenẽt talẽ humiditatẽ lachrymarũ: ut humectẽt mẽbra sibi uicina:ne exsiccẽt: & tales humiditates ĩterdũ ueniũt a naso:& etiã a cerebro p uenas suorũ pãniculorũ. Angulus. Canthus.

¶ Situs palpebrarũ/numerus/quãtitas/ figura/& colligantia pa tẽt/substátia ẽ tacta. Sua cõplexio ponit frigida & sicca:iuuamẽ ta sua sunt tueri oculos a minutis & lenibus.Ossa uero adiacẽtia tuẽtur ipsos a magnis & duris:& iuuãt in somno fiẽdo:sui pili:Iu/ uãt etiã oculos ne ĩ palpebris aptis puluis & alia minuta ipsos lę/ dãt:& sua nigredine corroborãt uisum:& nõ sunt ualde spissi/ne obũbrẽt uisũ:nec nimis rari:ut phibeãt minuta ĩtrare ad oculos.

¶ Passiones omniũ modorũ patiũtur:& inter alias patiũtur suorũ pilorũ ĩuersionẽ/q̃ curatur cauterizãdo quẽlibet pilũ inuersum: in sua radice cũ acu aurea:postea curãt ut alia loca cauterizata. Cura ciliorũ inuersorũ.

¶ De Anatomia oculorũ.

Istis palpebris occurrũt oculi ab ocultãdo dicti.Occultã tur.n.inter palpebras/ad quos uidẽdos scinde primo os frontis in directo ipsorũ:taliter ut saltem alterũ eorũ ui/ deas modo infra dicendo:notãdo primo neruũ suũ qui opticus est dictus/qui perforãdo ipsius tunicas/uersus centrũ ipsius ten dit:& ĩter cõiunctiuã & Sciroticã ẽ notabilis pinguedo/& caro glandosa:suscipiens humiditates:sicut facit caro glandosa radicis linguę:quas extra riuat:interdũ per nasum : & per foramina quę sunt in palpebris ante dicta:quibus mediãtibus./tam pinguedi/ ne q̃ humiditatibus/seruantur oculi ab exsiccatione. Oculi unde. Neruus opti cus. Coniunctiua Sclirotica Pinguedo. Caro glãdo/ sa.

¶ Ibidẽ sunt etiã sui ppriĩ musculi/q sunt septẽ/quorũ unus mo/ uet sursum/alter deorsum:& unus alius dextrorsum:& alter sini strorsũ:& duo trãsuersaliter tẽdẽtes mouẽt circulariter : septimus uero ẽ ppe neruũ opticũ/quẽ sustinet : & eleuat: & ipsum tuet a laxitate:dũ oculi firmãtur ĩ ĩtuitu cõtinuo:& ideo hic solus firmat oculũ/istũ musculũ aliqui dicũt eẽ duplicatũ:& aliqui triplicatũ: & hi oẽs musculi hñt suos neruos a secũdo pari neruorũ cerebri. Musculi ocu lorum.

¶ Visis prędictis separa musculos/pinguedinẽ prędictã : simul & carnem glãdosam a suis pelliculis/quę sunt realiter quatuor.Po/ Quatuor tu/ nicae.

Septē tunicae nuntur tñ cōlter septem/quia differūt aliqualiter/substātia/situ: colore/figura/quātitate et complexione/colligantia tamen nō differunt. Differunt etiam aliqualiter in iuuamentis.

Mēbranae. Oculoꝝ tūice Tres humo/res. ¶ In istis pelliculis/q̄ mēbranę: et oculorum tunicę uocātur/sunt tres humores/aliqui tñ addūt quartū/quē ęthereum uocant.

Quatuor humores. Coniunctiua vnde. Pāniculus circū ossalis. ¶ Tunicarū igitur istarū primo ante incipiendo/occurrit cōiun/ctiua/sic dicta/quia coniungit oculū capiti: et hęc oritur a pīcra neo: et a pāniculo circūossali/tegente inferiora faciei ossa/et a pel licula intrinseca palpebrarū: orta a p̄dictis pāniculis/et hi pānicu li ēt tegunt orbitas oculorū: et hęc sola est uere una tunica.

Cornea vbi ꝛ vnde. ¶ Ista cōiunctiua tamen nō tegit ante: totū oculū/sed in loco ubi ipsa deficit ante oculū in medio/est secunda tunica/quę quia dia-phanes est ut cornu/cornea nominatur/hęc secūdū aliquos qua tuor habet tunicas subtiles: ut cōpertū est in suis ulceribus.

¶ Huic corneę uersus posterius est continua una tunica nō luci/da/sed opaca et dura. Ideo Sclirotica dicitur/quę posterius tegit totū oculū. Hęc tñ est maior cornea: et istę duę ab aliquibus po/nūtur pro una/solum propter colligātiā/quia ambę per cōtinua tionē unius ad alterā: oriūtur seu alligātur durę matri.

Sclirotica. Uuea. Coronoides. Foraminalis pupilla. ¶ Post istas etiā ante incipiēdo/est una tunica dicta uuea: et coro noides: et foraminalis/quia ē perforata sicut corona: et sicut gra num uuę/quādo remouetur a suo suspensorio seu racemo: et suū foramen uocatur pupilla. Suus color est uarius/sed sępe niger: et Iridialis/seu Lazuleus/uel Ceruleus.

Secūdina ꝛ vnde. ¶ Huic uersus posterius cōtinuat̄ una tunica/quę est fere similis magnitudinis: qualis est uuea: et etiā eiusdē coloris: et hęc uocat̄ secūdina/qa ipa et ēt uuea oriūt̄ a pia matre secūdina dicta/uel ut aliqb⁹ placet: hęc secūdina nutrit oculū/sicut secūdina fœtū.

Aranea. Retina. ¶ Post istas tunicas sunt duę alię tunicę etiā simul continuę/una anterius/alia posterius/q̄ est longe maior anteriore/anterior uo/catur Aranea/posterior Retina: Aranea est subtilis dēsa tamen: lucidior adamātina gēma/Retina etiā est subtilis/sed nō lucida ut Aranea: et Retina pro parte heret secūdinę.

Humor vi/treus. Cristallinus humor. ¶ Inter has ultimas sunt duo humores .s. uitreus et cristallinus: ui treus est posterius et lateralis/sic dictus quia assimilat̄ uitro lique facto/in parte cuius anteriori locatur humor cristallinus/sicut lo cata est gēma in annulo/humor uitreus est longe maior cristal/

lino/sed cristallinus est durior uitreo: & lucidus est ut gēma. Istę etiam duę antedictę tunicę oriūtur a neruo optico secundū Authores:& ideo etiā istę duę tunicę ponunt̃ pro una/quę tñ si sint una uel duę:sicut etiam alię:parum conferunt medico legitimo.

¶ A loco continuationis secūdinę cū uuea ante uersus/inter partem Retinę & totam Araneā est humor dictus albugineus quia assimilatur albugini oui.Hic tamen humor est paucus & fluidus in mortuo animali/qui in directo pupillę uenit usq; ad corneā/& ibidem est lucidus diaphanes magis q̄ alibi/& ideo aliqui hunc humorem uocant ethereum/& sic ponunt in oculis quatuor humores/& quia secūdina & uuea uidentur oriri a pia matre/aliqui ponunt ipas duas et etiā Corneā et Scliroticam pro una tunica. Cętera diximus oculis spectātia in cōmentariis nostris.

¶ Ex prędictis uisa est oculorum substantia/sunt siti in suis orbibus.i.in duobus foraminibus magnis in frōte locatis/& nō sunt multū extra eminētes/ne ledantur ab extrinsecis/& propter hoc habent supercilia extra eminentia:& inferius ossa pomorū faciei. Suus numerus/colligantia/figura/& quantitas patent. Orbes siue orbitae oculoꝝ. Supcilia.

¶ Sua complexio propter humores ponitur frigida & humida:& propter pāniculos ponitur frigida & sicca:& pro multitudine spirituum ponitur calida.Sua iuuamenta sunt omnibus nota. Passiones omniū modorū patiūtur.Sua propria passio/est uisus ablatio/diminutio/& corruptio.

¶ Si hęc omnia nō potes uidere in uno oculo/uide in ambobus: uide saltem in uno musculos:& carnem glandosam cum sua pinguedine/simul & cōiunctiuā/in alio uero uide tunicas & humores.Docta tamen manus difficiliora perquirit.

¶ De Auribus.

Post oculos occurrunt aures/sic dictę ab hauriendis uocibus/uel quia audes sunt uocum/& tā carthilago ipsarū:q̄ foramina dicūtur aures:sua pars suprema exterior dicitur pina/uel pirula & lobus/inferior uero fimbra & lobus:ubi sunt certę uenę notabiliter fluentes/si soluantur/sua pars interior dicitur Scaphus. Aures & rñ. Pina pirula Lobus. Fimbra. Scaphus.

¶ Sua substantia est carthilaginea/ut sit ab extrinsecis tuta & sonora:motu ut plurimū carent/in ipsarū ima parte:aliqui putant esse uirtutem memoratiuā. Ideo uolētes memorari ipsas partes

cōfricant:ueritas est/ q illa cōcauitas postrema primi uentriculi duplicati cerebri/in qua ego pono uirtutem memoratiuā:tendit oblique uersus aures: & forte q propter hoc confricatio talium partium iuuat memoratiuam.

¶ Hęc mēbra tegūtur cute/aliquā tamen habent carnē:firmissi me unitā suę cuti/in ipsis nō est sensus nisi diminutus. Sua figura

Conchiliae. est omnibus nota/sunt anfractuosę:sicut conchilię: ut melius si/ne impetu inundet in ipsis aer faciens sonum.

¶ Suū foramen est in osse grossiore quacūq; alia parte cranii. In tra quod est certa uacuitas:quam claudit quidā pāniculus subti/lis & solidus/secūdum aliquos ortus a neruo auditiuo/qui est ex quinto pari neruorum cerebri.

¶ In prędicta uacuitate/quā ante uelat prędictus pāniculus: est

Aer implātatus. aer implātatus/qui suscipit species auditus/quas dat neruo audi tiuo dilatato in pāniculū/qui uocat meninx auris:& tunc sensus

Meninx. auris. auditus cōphēdit undā uocalē:& oēm aliū sonū ipsi aduenietē.

¶ Et huic pāniculo itra pdictā uacuitatem adiacent duo ossicu/la parua/apta moueri ab aere ibidē proximo moto/q̄ i suo motu se inuicē pcutiūt/a quibus secundū aliquos causantur oēs species soni:plus & minus secūdū aerem extrinsecus motum.

¶ Sunt aliqui uolentes prędictū pāniculū oriri a pia matre/quę transit cū neruo auditiuo ad prędictā uacuitatem: de suo tamen ortu uide cōmentaria nostra.

¶ Ad hęc bene uidenda requiritur docta manus cum tenaculis: falce/serra & malleo apto/quia prędicta: tā neruus/qui uenit ab intrinseco:q̄ Meninx corupte Mirynga dicta/quę est uersus fora men auris cum ossiculis prędictis:cum difficultate uidentur.

¶ Ex prędictis uisa est itrinseca & extrinseca auris substātia:suus situs/quātitas/figura/numerus & colligātia patēt. Sua cōplexio est frigida & sicca. Sua iuuamēta sūt oibus nota. Passiōes omniū modorū patiūtur. Sua propria passio est lesio uirtutis auditiuę.

¶ De Mandibulis superioribus.

Istis auribus/ne aliqua pars capitis intacta maneat/ad su

Mādibulae superiores. u periores mādibulas uenio/q̄ postpositę sunt pdictis mē bris/melioris ordinis gratia. Istis mādibulis sunt tātum duo propria ossa:sub naso & per longū palati unica comissura di uisa:in quibus sunt dentes/qui sunt/figura/nomine/ & numero

similes illis/qui sunt in inferioribus mandibulis.

¶ Secūdum aliquos hę mandibulę supiores. xii. & pluribus sunt cōstitutę ossibus: improprie tamen: q̄a ipsis addūt oculoꝝ ossa & ossa paris & pomoꝝ faciei: & alia ossa duobus ante dictis ossibus.

¶ Harū mandibularū substātia/numerus/quātitas/situs/figura colligantia & cōplexio patent. Sua iuuamēta sunt/quę inferioꝝ: & quę palati. Passiones omnium modorū patiuntur.

¶ De Anfractibus supra Palatū.

Faucibus supra palatū ad foramina nasi ē uia ampla: ara
a bice Chaiasim dicta: p quā clauso ore cōtinue spirat & re spirat hō: huic supius uersus/sunt certę Camerculę: An/fractus seu Cauerne: sub colatorio īfra embotum cerebri positę: quarū parietes: ossosę: subtiles et pelliculosę sunt/hinc per nasi foramina: et per fauces ad os: cerebri grossa excrementa extra riuātur: et hę uacuitates ab aliquibns uocantur nares. Camerculae Anfractus. Cauerne.

¶ Ad ista bene uidenda: uiso prius magno foramine ossis basilaris per quod descēdit Nucha: & bene inuestigatis illis sphondylis colli: quos cū capite eleuasti: serra/uel falce diuide os basilare per mediū usq; ad palatū īclusiue: & p̄dicta oīa optime uidebis.

¶ De Anatomia Extremorū.

XPEdito capite: in sectione cōmuni primo occurrit
e pars colli posterior: Tenon: & Ceruix dicta/cuius situs est ab osse capitis basilari/usq; ad septimū sphondylum a capite inferius descendendo inclusiue. Tenon. Ceruix.

¶ Hęc pars habet partes contentas & continentes: continentes sunt cutis/musculi/mēbranę: & sphondyli. Cutis. Musculi. Mēbranae. Sphōdyli.

¶ Contentę sunt mēbranę nucham tegentes/ipsa nucha cum suis neruis/uenis/& arteriis.

¶ Cōtinentiū alię sunt extra/alię intra/quę sunt extra: alię superiores/alię inferiores: & alię medię.

¶ Exteriores supiores: uocātur ab aliquibus fontanella colli: & est locus ubi primus & etiā secūdus sphōdylus copulātur capiti. hic locus ab Auic. 4. primi uocāt Alchadam/in quo dantur cauteria multa ad diuersas capitis dispositiōes: & ibidē ēt ponūt setones. Fontanella colli. Alchadam. Setones.

¶ Sua pars infima ab Auic. dicitur Alchael/siue Alchel: & pars Alchael. Alchel.

Nocra. media inter hęc uocatur nocra.

¶ Ab Alchael usq; ad Alchadā inclusiue: inter quēlibet sphon/dylum: dantur cauteria actualia pueris: ī pręseruatione ab Epile/psia: & est remedium singulare.

¶ Inter partes cōtinētes exteriores etiā ponit̄ cutis primo occur/rēs/q̄ ē excoriāda/ut alię partes exteriores cōtinētes uideātur. s. musculi/q ī hac sectiōe postponūtur pp causā dictā ī Anatomia ptiū āteriorꝫ colli: q tñ collū excoriādo possunt īuestigari aliquo modo cōfuso: & ipsos iuestigabis/notādo prius ipsorꝫ quātitatē: substātiā/sitū/cōplexionē: & figurā: postpositis: numero/colligā tia: & ipsorꝫ iuuamētis: q̄ integre nō possunt cōprehendi: pp ante positā sectionem capitis: & partiū anteriorꝫ colli: quibus uisis: oc/currūt colli ossa: inter partes continentes posita.

Sphondyli colli septem. Notiacos Nucha. ¶ Hęc ossa sphondyli dicūtur: & sunt septē/q sunt subtiliores cę/teris: qa debēt esse leues/ne grauēt corpus: & sunt tales/qa No/tięos: Nucha corrupte dicta: est grossior ibidem: quę descendēdo semper subtiliat̄: qa dimittit partē suę substātię pro quolibet sphō dyli. Primus tñ sphondylus atlas ab aliqbus dictus: capiti unitus:

Prim⁹ sphō/dylus. in parte posteriori est grossior aliis sex: habet tñ latius foramen: & maior pars sphōdylū usq; ad os sacrū habet alas & semenia/qui bus hic primus caret/ut caput possit melius flecti ad posterius: & ne laceret neruos iuxta se a nucha exeūtes. In isto etiā sphondyli uersus supius sunt duę foueę/in quibus intrāt duę buccellę ossis basilaris: iuxta illud magnū foramen: p quod exit nucha: Habet etiā duas alias foueas: fere similes uersus iferius: in qbus ingrediū tur duę buccellę secūdi sphōdyli/licet sint aliq dicētes istas buc/cellas eē in primo sphōdyli: & ingredi in secūdo: Primus sphon/dylus p ligaméta fortia unitur capiti/sup quo flectit̄ lateraliter.

Dens/ & Py/rinoide. ¶ Post primū sphōdylū seqtur secūdus Epistropheus dictus: eo qa p ipsū collū uertit̄ q differt ab aliis: in figura. Hic. n. sphōdylus ī suo sūmo habet certū additamētū: quod Hipp. noīabat Dētē: a iunioribus teste Gal. uocat̄ Pyrinoides pp suā formā acutā: & hoc additamētum ingredit̄ in certā foueā/q̄ est in primo sphon/dyli: distincta a foramine/p quod exit nucha: & pp hoc caput tu te mouetur ante/retro/& secūdū rotondū seu obliquū: absq; dis locatione sphōdylorꝫ p̄dictorꝫ: quę esset facilis: si ipsi nō resisteret prędictū additamentū/quia iūctura secūdi sphondyli cū primo:

est laxior omni alia: in tota spina reperta. Alię etiã spinę colli iun
cturę: sunt laxiores suis inferioribus: & habent sua ossa simenia:
bifurcata: & parua, ne grauarẽt corpus. Tertius sphondylus col/
li Axon gręcæ dicitur: alii colli sphõdyli partiali carent nomine.

¶ Post sphondylos colli: sequuntur duodecim sphondyli: quibus Sphondyli
uniũtur utrinq; duodecim costę: & isti uocãtur sphondyli dorsi: dorsi.
qui gręcæ dicuntur Rachis.

¶ Post istos sequũtur quinq; sphondyli lũbares & renales dicti: Sphõdyli lũ
& ibidẽ sunt Renes & duo musculi dicti lũbi: istã regionẽ Auic. bares & Rena
uocat Alchatim: & gręcę dicitur Osphys: & hi sunt maiores aliis: les.
& locus qui est inter supremũ istorũ: & infimũ sphondylũ costa/ Alchatim.
rum a Gal. dicitur Glutum: & ab Homero Acrusta. In ista regio Glutum.
ne alligatur diaphragma. Acrusta.

¶ Post istos sphondylos sequũtur tres alii, qui nõ sunt sphondyli
nisi improprie: quia nõ sunt similes ueris sphondylis in figura, &
hi ab Auic. uocãtur sphõdyli Alhauius: & ab Auer. uocãtur ossa Alhauius.
Agit: & a Gal. os sacrũ amplũ: & teste polluce dicitur etiã Atlas Ossa Agit.
eo quia totius corporis molẽ sustinet, sed hoc os sacrũ secũdum Os Sacruz.
Gal. constat ex quatuor ossibus, quibus cõtinuãtur ossa ancharũ: Ossa Ancha/
quę utrinq; cũ isto osse sunt firmissime unita: & mandato naturę rum.
aperiũtur seu separãtur ab inuicem in partu. Ista etiam ossa an/
charum, aperiũtur in tali tempore in pectine: ubi etiam natura/
liter in aliis temporibus sunt firmissime unita.

¶ Post ista ossa prius posita ab Aui. tria, sunt etiã tria alia ossa nõ
dura ut supiora, sed carthilaginea quasi, uocata ossa Alhosos & Ossa alhosos
caudę: q̃ etiã nõ assimilãtur ueris sphondylis, & nõ dicũtur sphõ Ossa caudae.
dyli nisi improprie sicut tres supiores imediate descripti, & sic in
totum cõmuniter ueri, & non ueri sphondyli sunt numero .xxx. Sphondyli
quorum omniũ substantia: est ossosa cum aliquali carthilagine: sunt .xxx.
intra suas iuncturas posita: & oẽs firmiter per ligamenta sunt cõ
iuncti, ne ex motu faciliter dislocentur.

¶ Sua quantitas, figura, situs, & colligantia: est cõspicabilis. Sua
complexio patet, sua iuuamenta sunt tueri nucham et suos ner/
uos intra ipsos locatos. Sunt etiam fundamentũ totius corporis:
sed principaliter hoc faciunt sphondyli renum et Alhauius. Pas/
siones omnium modorum patiuntur.

¶ Ad hos sphõdylos bene inuestigãdos requirũtur cœmeteria:

adiuuātibus aliqualiter nostris super Mundino cōmētariis:& ut sua substātia interior bene uideat/simul & sua medulla cōmuniter nucha dicta/magna falce diuide sphōdylos p mediū:a capite usq; ad caudā/seruādo melius quo poteris nuchā & suos neruos illesam/facta tali sectiōe:sua ossa cōsiderabis:& etiā carthilaginē:& mēbranā partē ipsorū itrinsecā tegentē:& etiā ligamēta/qbus hę uertebrę/seu sphōdyli iuicē uniūt:his uisis ad nuchā rede.

De Nucha.

Nucha & sui nerui.
Duo pāniculi i sphōdylis

Nuestigatis sphōdylis partes cōtentę intra ipsos tam in
I collo q̄ alibi uidēdę sunt:quaꝝ Nucha (dicta gręce Notięos & Myelos) ē principalior:cū suis neruis:alię partes sunt duo pāniculi duri:& unus lenis/durior cęteris/hęret ossibus:alter ē loco durę matris:etiā durus:& alter ē lenis loco secūdine:seu pię matris:omnes circūdantes ipsam nuchā & neruos.

Substātia nuchę ē uiscosa/humida cū aliq̄li soliditate:& ē similis substātię cerebri:paꝝ tñ durior:et q̄to plus descēdit / iduresclt magis:& teste polluce ī colore ē subflauior cerebro:nec ē medulla:ut putāt aliqui/sicut neq; cerebrū.Sua figura oībus patet.

Suus situs et locus:est ab infima capitis parte:descēdendo usq; ad secūdū supmū sphōdylū renū iclusiue:et istū locū nō transit:sed ab isto loco ifra.Tota nuchę substātia:in multos diuidit neruos:q descēdēdo usq; ad ultimū caudę sphōdylū p ipsos diuidūt. Numerus/et q̄titas patēt/colligat oībus mēbris/ad q̄ uadūt sui nerui.Colligat etiā hepati & cordi:mediāte Aorta & chili:p certas minimas uenas & Arterias ad ipsam tēdētes p foramia sphōdyloꝝ. Hę uenę & arterię psorāt mēbranas pdictas duras:ipsam circūdātes:& igrediūtur mēbranā lenē a pia matre ortā/qua mediāte ipsi herēdo ut substētent nuchā nutriūt & uitalitāt. Sua cōplexio cōiter ponitur frigida & sicca:aliqui tñ aliter sentiūt.

Sua iuuamēta sunt:ut ab ipsa uadāt nerui ad mēbra nō in tāta distātia/sicut si uenirēt a cerebro : & ut nerui sint magis distincti se inuicē nō impediētes:& ut sint sicciores:& ne ex sua lęsiōe imediate ledat cerebrū:& ēt si nō esset nucha:cerebrū esset maius:& nimis grauasset mēbra iferiora.Passiōes omniū modorū patitur.

De Neruis a Nucha ortis.

q Vid sit Neruus/alibi diximus/nō solū ipsoꝝ substantiā sed figuram & cōplexionē. A capite igitur ad ultimum

ſpinę dorſi deſcendẽdo/ſunt nerui a Nucha orti/& hi ſunt.xxxi. xxxi. par nerũ
par/& unus neruus ſine ſotio/numerando ſic. Primũ par neruo uoꝝ & unus
rum exit a primo ſphondyli/unus neruus eſt a dextris/alter a ſi/ neruus.
niſtris/ſicut ſunt etiã ſemper in oibus aliis ſphõdylis. Et ſecũdũ
par exit ab intermedio primi & ſecũdi ſphondyli. Et ſimiliter eſt
tertiũ par iter ſecũdũ & tertiũ ſphõdylũ colli/& deſcẽdẽdo uſq;
ad Anũ qlibet ſphõdylus hẽt unũ par neruoꝝ ipſi correſpõdẽs:
aut in oriſitio qđ eſt iter ſe & ſuũ ſotiũ / aut i oriſitio ſibi proprio:
ſed ultimus ſphõdylus Alhouius:q eſt cõtiguus primo ex tribus
oſſibus Alhoſos/ſiue caude:habet ſuũ par neruorũ/ſicut & ſphõ
dyli ſibi ſupiores. Sed inter ipſum/& primũ de ſphõdylis Alho/
ſos:eſt aliud par neruorũ: & pp iſtud par duplicatũ ſunt triginta
unũ par/& unus neruus impar:quia deſcẽdendo in primo ſphõ/
dyli eſt unũ par:& inter primũ ſphõdylũ & ſecũdũ colli:eſt unũ
aliud par:& inter ſecundũ & tertiũ:eſt etiã unũ aliud par:ab ulti
mo uero oſſe/quod proprie cauda dicit̃/exit unus ſolus neruus:
& ut ſic ſunt trigĩta unũ par neruorũ:& unus neruus ĩpar.

¶ Iſtorũ colligãtia eſt notior a quo q̃ ad quẽ:& colligãtur maio/
ri parti mẽbrorũ habentiũ motũ/ſuus ſitus & quãtitas patet ſi/
cut & numerus. Iuuamẽta iſtorum neruorũ ſunt dare motum &
ſenſum. Paſſiones omniũ modorũ patiuntur.

¶ Ex pręddictis patet ꝙ in humano corpore ſunt triginta octo pa
ria neruorũ/& unus neruus/qui in totũ ſunt ſeptuaginta ſeptẽ: xxxviij. paria
exceptis illis duobus qui uadũt ad naſum pro uirtute olphatiua: neruoꝝ & un⁹
qui cõiter nõ nominãtur nerui: quia ſunt molles nimiũ. Ego tñ neruus: i totũ
uoco ipſos neruos/inquantũ ſunt organa ſenſus odoris/& ut ſic lxxvij. vel i to
ſunt ſeptuaginta nouẽ:quoꝝ.63.neniũt a nucha:&.14.a cerebro tũ.lxxix.
uel.16.cõnumeratis ſecũ carũculis mamillaribus: de qbus ſupra
dictũ eſt in anatomia neruoꝝ cerebri:q poſtea ad ifinitos ramos:
& uillos terminantur/quos non cõprehendit ſenſus:& ſunt iſti.ſ.

Nerui a cerebro uenientes ſunt paria ſeptem/ſeu octo.
Nerui nuchę colli ſunt paria octo.
Nerui nuchę dorſi ſeu coſtarum ſunt paria duodecim:
Nerui nuchę renum/ſeu Alchatim ſunt paria quinq;:
Nerui nuchę Alhouius ſunt paria tria.
Nerui nuchę Alhoſos cũ duob⁹ neruis iter ſphõdylos Alhoſos
& Alhouius ſunt paria tria:& unus neruus ĩpar a cauda exiẽs.

¶ In iſta figura potes facili ter uidere numerũ ſphon dylorum / Et ſcias quod a ſubſtãtia primi ſphõdyli exeũt duo nerui : unus ab utroq; latere:& numerum neruorũ potes notare in extremitate linearum in tali figura poſitarum.

¶ Nota tamẽ lector ꝙ iſta figura nõ habet ueram ſi militudinem cũ ſpondylis niſi in numero:ſed ſua ue/ra figura melius uidetur ĩ figura ſubſequẽte/quia il/la eſt uera ſphõdylorũ for ma. Iſtã tamen ſpõdylorũ primã figurã hic poſui/qa in hac melius uidetur ſi/tus et numerus neruorũ nuchę q̃ in figura ſubſe/quentę.



Unus neruus ſolue.



¶ In ista figu
ra habes ve/
ram omnium
sphondylorũ
formã/in qui/
bus ẽt potes
videre nume
rum neruoꝝ a
Nucha veniẽ
tiũ/ q sunt tot
paria quot sũt
lineae ipsis cõ
tinuae excep/
ta vltima: cui
nõ ẽ signatus
aliqs nume/
rus/ q̃ indicat
vnũ solũ ner/
uum oriri ab
osse caudae:
Hẽs ẽt in hac
figura formã
verã secundi
sphõdyli col/
li/qui dr̃ Epi
stropheus/ in
quo ẽ certum
additamentũ
Dens ꝛ Py
rinoides dic/
tuꝫ. In hac ẽt
figura hẽs vl
timã ex sphõ
dylis renũ si/
mul ꝛ os sa/
crũ seu sphon
dylos alhoui
us ꝛ sphõdy/
los Alholos
seu caudae/vi
des etiã quali
ter ibi os an/
chae alligat̃
ossi sacro/ me
lius tñ videt̃
ipsoꝝ forma i
spondylis in
coccigeys ex
siccatis sicut ꝛ
alia corporis
ossa.



u

Isis prędictis ad uenas manuū phlebotomari solitas pri/ mo deuenio/cum quibus etiā uidebimus carthilagines: ossa/medullā/& ungues/postpositis taliū mēbrorū mu sculis:qui in cōi sectione nō mōstrātur. Musculorū tn̄ notitia est Chirurgicis maximū iuuamentum:teste Auer.primo colliget:& ideo/qa in p̄senti nō possunt mōstrari/ponemus in fine opis cer tas imagines aliquos musculos/maxime exteriores demōstran/ tes. Ponemus etiam imagines ossa principalia indicantes.

Magnę ma nus tres ptes.

¶ Primo igitur occurrūt duo mēbra lateraliter locata/q̄ ab hu/ meris usq̧ ad extremitatem digitorū:Magnę manus a Gal.sunt uocatę:hęc mēbra de presenti tres habent partes.

Prima pars adiutoriū/su pra qd̄ est spa tula Brachiū Cubitus.

¶ Prima pars a superiori incipiendo cōmuniter dicit̄ adiutoriū: supra quod est spatula/q̄ etiā ab aliquibus ponit̄ i magna manu.

¶ Sub prima parte adiutoriū dicta:est secūda dicta brachiū:& in ter has est iunctura dicta cubitus:cōmuniter tamen brachium a multis sumitur pro prima & secūda parte antedicta.

Parua man⁹ & vēi manus.

Raseta:aschā Carpus.

¶ Sub secūda est tertia pars:parua manus dicta: & ista ē proprie manus/ab emanādo dicta/quia ab ista parte fere omnia artifitia emanāt. Inter istā & secūdā:est una iunctura ex pluribus ossibus cōposita/dicta arabice Raseta:& Ascam/& gręce Carpus.

Uena basilica Regia. Jecoraria: Hepatis. Ascelaris. Axilaris.

¶ Istis notatis/excoriabis totā cutē magnę manus cū diligentia a collo usq̧ ad digitorū extremitates/& uidebis primo uenā Ba silicā.i.Regiā/antiqui ante Arist. istam uenā uocabāt Iecorariā: & adhuc seruat illud nomen/quia cōmuniter dicitur uena hepa/ tis: dicitur etiam Ascelaris/seu Axillaris/quia ut supra patuit in Anatomia uenarum:hęc uena transit per Ascellam.

Ascella qd & pp qd grau/ ter olleat.

¶ Est enim Ascella locus ille utrinq̧ cōcauus/qui est infra hume ros:in parte laterali inter supremā partē pectoris & supremū ad/ iutorii/qui quia in respirabilis est:in multis grauiter olet.minime enim euētatur teste Aristo.i proble.in his locis est notabilis pars carnis glādosę:quę suscipit cordis aliqua excremēta:sicut & car/ nes quę sunt circa inguina:& in collo circa guidez nō multū di/ stantes ab auribus/quę suscipiunt supfluitates hepatis:& cerebri:

Emulctoria.

& ista loca uocantur emulctoria cordis/hepatis & cerebri. Istę ēt carnes sunt stragulū magnis uenis circa ipsas locatis.

Locus basi/ licae.

¶ Hęc uena Ascellaris & basilica dicta:descēdit per iterius & in/ ferius brachii cū arteria sibi sotia usq̧ ad certā distantiam:deinde

ſola uena notabiliter manifeſtatur circa iũcturã cubiti in parte in trinſeca:& ibidẽ phlebotomat̃:& cõfert principaliter morbis pe/ctoris/quia imediate eſt unita uenis nutriẽtibus ſuas partes.

Baſilica phle botomata ad qd cõferat.

❡ A collo uero p exterius ab humeris ad iſtã iuncturã: p adiutorium tranſit una uena:dicta ſpatularis/humeralis/& cephalica:q̃ etiã circa iuncturã cubiti phlebotomat̃/quę principaliter confert morbis capitis/& colli/quia imediate unitur uenis guidez.

Spatularis. Humeralis. Cephalica.

❡ Inter iſtas eſt una uena trãſuerſaliter tẽdẽs ab una ad aliam/a quibus ſuſcipit indiferẽter ſanguinẽ:hęc uocat̃ nigra/cõis:& media/qa euacuat a mẽbris capitis:& pectoris/& cõſequẽter a tota ſuprema parte:qua mediante euacuat etiam ab inferioribus.

Nigra cõis media.

❡ Et cephalica ut plurimũ ſola directe deſcẽdit:uſq; ad paruam manũ/inter indicẽ & pollicẽ/& uocatur ab Albucaſi/& a Raſi: & etiã a me:uera funis brachii:& a Cauliaco/& a Canamuſali:dicitur cephalica ocularis. Hęc ĩciſa cõfert capitis morbis : propter colligãtiã cũ cephalica prędicta:& etiam propter directionẽ.

Funis brachii Cephalica ocularis.

❡ Baſilica uero:etiã ſola:deſcẽdendo fere uſq; ad manũ p interius & iſerius/obliquatur uerſus exterius circa paruam manum/quę emittit a ſe ramos inter minimũ:& annularem digitum/& hęc inciſa euacuat a pectore:baſilica prędicta mediante.

❡ Inter iſtas duás uenas paruę manus : ſunt ut plurimũ rami alii/qui inter indicem & medium : & inter mediũ & annularem/qui inciſi ſtant loco uenę cõmunis : ſed ramus/qui eſt inter indicem & medium:plus participat cum cephalica:& qui eſt inter mediũ: & annularem:plus participat cum baſilica.

Uena cõis in manu.

❡ A cephalica ſupra cubitũ p exterius brachii: deſcẽdit una uena a multis etiã funis brachii nominata/q̃ ut plurimũ terminatur in uenis p̃dictis a lateribus medii digiti exiſtentibus:& hęc funis brachii nõ eſt in uſu phlebotomãdi: Poſſet tamen ſecari neceſſitatis cauſa:& educeret a capite/quia cephalicę eſt cõtinua.

Alia funis brachii.

❡ Sępe etiam a uena cõmuni/quę eſt in curuatura cubiti/oritur unus ramus:qui ſolus abſq; ramo cephalicę pręsdictę deſcendit inter pollicẽ & indicẽ: & ideo aliqui dixere iſtũ ramũ inciſum conferre in morbis:in quibus confert uena cõmunis pręsdicta.

❡ Sępe etiam ab iſta uena cõmuni inter indicem & pollicem nõ deſcendit aliqua uena : & hoc ego pluries notaui/non ſolum in

ista/sed in multis aliis uenis:uidi ipsas & etiã arterias uariare sitũ: & in aliquo indiuiduo sui rami sunt defficientes: & in aliquo su/perfluẽtes:& propter hoc(iuditio meo) multi authores sunt di/scordes.


Sępe etiam inter indicem & pollicem / est ramus compositus ex ramo cephalicę:& ramo uenę cõmunis: & tunc euacuat a cõ muni:& a cephalica : & magis a cephalica q̃ a cõmuni : propter maiorem directioné. Directio.n.uenarũ ad mébra multũ cõfert ad euacuationes:teste Gal.in libro de phlebotomia.

Et hęc de pręsenti sufficant de uenis manuũ ad quas bene in/uestigandas:cõsiderande sunt infraposite imagines:in quibus ui dentur situs & nomina aliqua uenarũ principalium.



¶ hic vides i vna figura veram funē brachij ab humero tēdere directe vſq3 ad indicē ꝛ policē: q̄ vocaꝛ faluatella a Auēdino in manu parua ꝛ a Bino ꝛ ab Ugone/ꝛ a ſequacibus ſcez lez/q̄ ab Auic. habeꝛ ꝑ vno ramo venae cōmūis/ꝛ vides in ābab⁹ figuris q̄liter baſilica ē i pte domeſtica brachij/ꝛ eā nutrit/ꝛ qualiter ab ea obliquatur vnus ramus ꝯſus ptē ſilueſtrem manus ꝑpe iuncturā/q vadit iter minimū ꝛ ānularē/ꝛ vocaꝛ aſcellaris a Gal. ꝛ a ſequacibus/q: ē ramus aſcellaris ſeu baſilicae/ꝛ iſtū ramū inter minimū ꝛ ānularē videbis i ſubſequēti figura: vides ēt i iſtis duabus figuris/venā cōe3 q ē ramus inter cephalica3 ꝛ baſilicā/ſeu aſcellarē: ꝛ vides q̄lit a cōi vena vnus ramus ingrediꝛ illum ramū venae cephalice deſcēdentis q̄ terminatur iter idicē ꝛ policē q̄ ab Albucaſi dr̄ funis brachij ꝛ etiam ab aijs vt ſupra patuit,

¶ In istis fi/guris videt locus salvatellae Mūdini/ & locus salvatellae Rasis: & locus sceylem Avic. & locus salubus Haly & locus illius rami basilice q terminat inter minimū & ānularē: quaz venam Rasis vocat salvatellā: & videt q̄liter illa vena q̄ dicit funis brachij ab Avic. terminat circa digitū mediū i ramo venae q̄ dr sceylē ab Avic. & salubus ab Haly i hac etiā figura videt q̄liter ꝯa funis brachij est ramus Cephalicae q terminat inter idicē & pollicē: & i istis venis sunt picti & ēt in alia figura aliq rami parui qui disseminant p musculos brachiorū & manuū & ois vena nostri corporis hēt illos/ q tādē termināt ad capillares vēas: & q̄uis q̄libet vena in istis figuris picta nō hēat illos: hoc tñ nihil refert.



Isis uenis saltē in una manu/qa sufficit/oia sua ossa sunt
u denudāda/cū qbus etiā est uidēda spatula:facta ut ma/ Spatula.
nus ab ipsa sustenteť:& ne adiutoriū alibi cū pectore sit
cōtinuū/qa facilitas opatiōis manuū unius ad alterā destrueret:
& fieret angustatio:& fuit sepata a costis propter suū fortē motū:
& quia sic locata melius tuetur mēbra pectoris uersus posterius:
& fuit lateralis:ne in motu obuiet sphōdylis/uersus quos est sub
tilis/& lata ut spata:ideo uocať spatula/sua pars uersus adiutoriū Lata vt spa/
est grossa/in capite cuius est certa cauitas pixis dicta/in qua reuo ta spatula.
luitur extremitas supior rotōda adiutorii:dicta uertebrum. Pixis. Uertebrū.

¶ Os spatulę ibidē habet duo additamenta: unū est ad supiora: Forma ossis
& posterius/quod ligať cū furcula supiore pectoris:& uocatur ro Spatulae.
strū corui/cuius iuuamētum est prohibere ne adiutoriū ad supe/
riora de suo moueatur loco: Aliud de dictis additamētis est inte
rius & inferius:quod etiā dislocationē adiutorii prohibet.

¶ Hoc os supra sui dorsum habet substantiam triangulatam:cu/
ius basis est uersus posterius:& sua eminentia est uersus interius:
ne dorsi superficies eleuetur in acutum:& de facili lędatur/in cu/
ius extremitate est carthilago.

¶ Aduerte ꝙ carthilago est duplex/una quę omnino est durior Carthilagō
osse quacūq; alia parte aialis:& hęc est i extremo latiori ossis spa/ duplex.
tulę:& in pectore & epiglottidi:& etiā alibi in multis locis: & est
etiā una alia carthilago durior ista/quę tñ est mollior osse: & hęc
est in extremitatibus ossiū magnaꝝ iūcturaꝝ/q̄ ab Aui.uocatur
Alaguahic:hęc imediate hęret substātię ossiū/alia uero carthila/ Alaguahic.
go i pdictis iūcturis hęret isti Alaguahic: & carthilagini molliori
antedicte postea imediate hęrent in iuncturis ligamenta/ossa in
uicē ligātia:& hęc optime uidētur in ossibus ultimate decoctis.

¶ Visa spatula uide os adiutorii/quod est maius de ossibus ma/ Os adiutorij
nus/cuius figura est omnibus nota:aliqualiter curua in cuius cō
cauitate:sicut & in aliis multis ossibus est medulla/dicta medul/ Medulla vñ
la:quia est in medio ossium.

¶ Medulla.n.teste Arist.secūdo de ptibus aialiū: est alimentum Quid sit me/
sanguineū:& est cōcoctū/cōtentūq; excrementū:& Auic.prima dulla.
primi dicit ossa nutriri ab ipsa: & hinc cognoscit artificiosa natu/
ra/quę cū nō habeat semp uenas aptas pro ossibus/in suis poris:
& cōcauitatibus ponit suū alimētū:& si ē etiā supfluitas:i ipsis po

nit etiá excremētū/cū nō habeat aliū locū pdictis accōmodatū.

Cubitus ubi. ¶ Extremitas inferior ossis adiutorii duas habet eminentias/quibus coniūgit duobus focilibus brachii/faciēdo cū ligamētis fortibus iūcturá cubiti:& in cauitate/q̄ est iter pdictas eminētias: ingredit extremitas focilis iferioris/quod ē maius supiore:q̄ est curua/ut iūctura sit firmior/pp quasi cōtinuos/& fortes motus huius iūcturę/q̄ pp hoc ēt raro dislocat:& si dislocat cū difficultate

Focilia brachij. i pristinū gradū reducit. Focilia brachii sūt ēt ꝯcaua:qa oīa ossa: uel sunt itra cōcaua uel porosa:ut sint leuia/ne grauēt corpus.

¶ Et extremitates istoꝝ fociliū:& omniū ossiū:& iuncturarū manus/& pedis/sunt grossiores q̄ in medio/quia in extremis debēt esse magna ligamēta/pp iuncturarū fortitudinē:& i medio sunt subtilia:ut cedát locū corporibus musculorū qui necessario propter multiformes motus/debent esse multi & magni.

¶ Post ossa brachii sunt ossa rasetę/siue carpi/quę sunt octo propter multitudinem motuum:& etiam propter aliud.

Uola: Palma: Nomine carēs. ¶ Postea est parua manus/pars cuius interior sine digitis:uola & palma uocat:pars uero ipius exterior teste Arist. primo de histo. noie caret:sua ossa sunt quatuor/excepto pollice/aliis digitis correspondétia/ex quibus cōponit pecten manus:& procarpū/seu

Pecten manus. Procarpū. Procarpiū. Antecarpū. Metacarpū. procarpiū:& antecarpū/& metacarpū:sunt tñ aliqui q uolūt/ꝙ primū os digiti pollicis sit in Raseta:& ut sic pollex nō habet nisi duo ossa:& aliqui dicūt/ꝙ primū os pollicis est i pectine manus.

Pollex. Index. Medius. Medicus. Annularis. Minimus. Auricularis. ¶ Post pectinē sunt digiti:primo est pollex/q habet duo ossa extra uolá:postea est idex sibi proximus/iuxta quē est medius longior aliis/postea est digitus medicus:& ānularis dictus:postea est minimus auricularis noiatus. Hi quatuor habēt tres iuncturas:& tria ossa:& ēt pollex iudicio meo hēt tres iūcturas:& tria ossa/qa ego nō pono primū os ipsi ferulés/nec i Raseta/nec i pectine.

¶ In intrinseca parte digitorū est notabilis caro/q̄ est stragulum ossibus/ne lędantur in cōtinuis obuiationibus rerū durarū/quas necessario tāgunt in opatiōibus manuū. A lateribus uero ipsoꝝ est minor caro:& minor in exteriori parte/quia istis partibus nō obuiant lędentia in suis operationibus sicut intra manum.

Corde digitorum. ¶ Cordę istoꝝ digitoꝝ maxime exteriores ingrediūtur iuncturá suá supius:& quilibet digitus habet cordá/de quibus i psenti nō fit sermo/qa nō possunt uideri/sui musculi quoꝝ aliq sunt in alto

in brachio locati:& chordę aliquę ad digitos ueniũt a ceruice/ut latius diximus de digito ãnulari in cõmẽtariis ſuper Mũdino.

¶ In magna ergo manu ſunt.xxxi.oſſa/exceptis oſſibus ſiſamiis: q̃ replẽt aliq̃s iũcturas:& p° ẽ os ſpatulę/poſtea os adiutorii:po/ſtea duo focilia brachii/&.8.Raſetę/&.4.pectinis:&.15.digitorũ. Oſſa manus quot ſũt&ubi.

¶ In fine oſſiũ digitorꝫ ſunt ungues/quarꝫ iuuamẽta ſunt ad de corẽ manus & ad tutelã extremitatis digitorꝫ: & ad capiẽda mi nuta:& ungues generãtur ex ſupfluitatibus:ſicut & pili: ideo cõ tinue creſcũt:etiã mortuo hoĩe:ex p̃dictis patet manuũ ſubſtan/tia/ſitus/numerus/figura:& colligãtia ac ſua quãtitas patẽt: ſua cõplexio eſt qualis ſunt ſuę partes. Sua iuuamẽta nõ poſſunt de ſcribi. Sũt.n.organorꝫ organa:paſſiões omniũ modorꝫ patiũtur. Vngues.

¶ De Anatomia Pedum.

Viſis manibus:uide etiã pedes/ſaltem unũ/qui ſufficit in iſta ſectione: ſicut & una manus: pes igitur diuiditur in magnum & paruũ/ſicut & manus teſte Haly & Gal. & pes teſte Haly:habet quatuor partes/prima pars dicitur ancha: Secunda coxa/Tertia crus Quarta pes paruus. Pes magnus & paruus. Ancha:Coxa: Crus: Pes paruus.


¶ Et primo eſt ipſius cutis excoriãda undiq; a ſũmo ad imũ / In p̃te cuius ĩtrinſeca ſub cute ab iguinę p coxã deſcendẽdo:ẽ unus notabilis ramus uenę chilis:q cũ ẽ ſub poplite:ut ſupra diximus: tripartiẽ: unus directe deſcẽdit p interius uſq; ad cauillã dome/ſticã pedis:& hic uocatur ſaphena/q in diuerſis ſecatur morbis. Vena chilis tripartit ſub poplite. Saphena.

¶ Vnus alter obliquatur uerſus exterius p ſurã & deſcẽdit ad ca uillã ſylueſtrẽ:ſeu exteriorẽ:& hic uocatur iſchiadica/qui ſecatus ꝯfert dolori iſchiadico: & huius bifurcationẽ nõ cognouit Mun dinus/nec ſui ſequaces:& forte q̃d hic ramus ꝯferti dolori iſchia/dico quia aliqui ſui rami uniũtur cũ ramis uenarũ nutriẽtiũ mu ſculos & partem exteriorem coxe uerſus iuncturam iſchiorũ. Iſchiadica.

¶ Inter iſtos ramos ĩ Raſeta pedis ſunt uenę:utrinq; prędictis ra mis cões/q̃ interdũ ſecãtur:maxime ſi alter iſtorũ duorꝫ ante di ctorũ nõ repiatur/ꝙ ſępe cõtingit/quia ut ſupra patuit uenę nõ ſeruant eũdem ſitum/nec numerũ:nec etiam quãtitatem.

¶ Inter ſaphenã p̃dictã: et ẽt iſchiadicã ſub poplite uſq; ad pedẽ paruũ:deſcẽdit unus ramus notabilis/qui mediũ tenet iter has: q põt ſecari loco deffitiẽtię alterꝫ prędictorũ.In infraſcriptis ima ginibus uidebis prędictas uenas ſaltẽ ſaphenã/et iſchiadicã. Vena media.

¶ In istis tri/
b⁹ figuris ha
bes omnes ve
nas phleboto
mari solitas i
pedibus/ ⁊ in
illa figura q̄ ē
in medio vi/
des qualiter
vna vena sa/
tis magna ve
niens a parte
domestica co/
xae obliquat
descendendo:
⁊ sub poplite
bifurcatur: cu
ius vnus ra/
mus vadit p
domesticā ptē
pedis/seu cru
ris: qui voca/
tur Saphena
vsq3 ad pedē
paruū. Alter
vero ramus
vadit per par
tem siluestrez
pedis/ qui vo
cat scia/⁊ isti
rami taz inte
riores q3 exte
riores viden/
tur in figuris
lateralibus/ q
phlebotoman
tur circa cauil
lā vel circa di
gitos pedū.



Isis uenis pedis:musculi sunt remouēdi totaliter ab ossi-
